

CAPVT XXIII.

gls populum sed spontaneum futurum, etiam Psalmus:
ex. testatur, dicens, Tecum principium etc, quod ex He-
breo sic leges. Populus tuus (o Christe Rex) erit spon-
taneus in tempore uictoriae tuæ, in ornatu sancto. Ex va-
tero aurore sicut ros nascentur tibi filij tui.

SEMENDOMVS ISRAELIS,
videlicet spiritualis, qui est Israel per fidem, Roman. ix.
adduxit Christus unicus Pastor & Rex per prædicatio-
nem Euangelij, non solum ex Aegypto, ut olim, neq; so-
lum ex terra Aquilonis, ut post captiuitatem Babyloni-
cam, sed ex omnibus terris, ubi filii Dei erant dispersi et
uarijs sectis Idolatriæ abiecti a Deo, a Regno cœlorum,
ut supra diximus ex Ioh. xi. & tenebantur captiuū sub le-
ge, peccato & morte in Regno Serpentis, id est, Diabo-
li. Adduxit, inquam, ut habitent in terra sua, id est, in Re-
gno Dei & Christi, quod nunquam peribit, quemadmo-
dum de ista terra & reductione dixi capit. iij. in articulo
viij. De qua reductione & Paulus ex Psalmo dicit. A-
scendens CHRistus in altum, captiuam duxit captiuitu-
tem, dedit dona hominibus.

EIECERAM. Vides quod Deus ipse, qui
abiecerat nos cum Adam patre nostro ex Paradiso per
iustum iudicium, nunc recipit nos in suum Regnum, ius-
tificatos sola fide, per Iesum CHristum Dominum no-
strum, AMEN. Quod abiicit, officium legis est, quod re-
cipit & iustificat in Christo, commendatio gratiae est etc,
Filius prodigus longe abiit a patre & perit, reuersum
autem pater cum gaudio recipit, & omnia ei congratu-
lantur, Lucæ. xv.

AD PROPHETAS vel Contra
Prophetas.

IEREMIAE.

CCLXXI.

Prophetas. Hac prefatione redit ad Pseudoprophetas,
qui aliam iusticiam docent quam per CHRistum uerum
Prophetam, Pastorem, Regem, Sacerdotem, Hos Pseu-
doprophetas ita describit, ut merito perituri declarens
tur etc.

*Redit ad Pseu
doprophetas.*

COR MEVM CONTERITur.

His uerbis Propheta significat se ualde indigne ferre a
dulteria, falsas doctrinas & factos DEI cultos, ut supra
sæpe diximus de spirituali adulterio, id est, infidelitate,
qua receditur a uerbo DEI ad doctrinas humanas, a pa-
cto et iusticia dei, ad iusticias humanas, quasi aliquid me-
lius inuenturi sint homines, sed decipimur ut adultera,
Inde perit terra, ut cunq. suum malum non sentiat, forte
etiam Propheta respexit in luctum terræ, id est, sterilitas
tem quæ sub eo accidit propter peccata Pseudoprophe-
tarum & populi, de qua supra dictum est, capit. xiiij.

V T V I R E B R I V S. Id est, Coram
Domino, & quando respicio in sacra uerba Dei, confun-
dor, stare non possum, ignoro quid capiam consilij, con-
tra Pseudoprophetas & impios Sacerdotes, qui docent
& agunt omnia contra Deum & sacra eius uerba.

E T I A M I N D O M O M E A. Id est,
Etiam in publico officio coram Ecclesia, agunt nequiter
in doctrina, sacrificijs & cultibus, Non solum occulte se-
ducunt, sed etiam manifeste in publico officio uerbum
meum abiiciunt, sua somnia et excogitatas religiones se-
cuti, ut nostri Papistæ, & AntiChristianus Papa, qui se-
det, id est, regnat, in templo DEI, id est, in Ecclesia Chris-
tæ, & extollit sura omne DEI uerbum & supra om-
nem DEI cultum, supra Euangelium Christi & Sacra-

CCcc. ij. menta.

CAPVT XXII.

menta, supra fidem CHRISTI & fideles, ostentatis se tanquam sit Deus, qui sit audiendus non Christus etc, lege Collo. ii.

VIA ERGO EORVM.

Via lubrica in tenebris periculosa est fugienti, cum persecutor tergo imminet. Nam fugiens non euadit sed cadit & capit. Poenam itaque hic minatur falsis Prædicatoribus & impijs Sacerdotibus quod fugient malum, sed non effugient cum Babylonij uenerint, ut etiam in Psalmo, xxxv. Fiant tanquam palea coram uento, & Angelus Domini exigat eos. Fiat uia eorum tenebrae & lubricum, & Angelus Domini persequatur eos. Impij Prophetæ, ut Papistæ & sectarij, ubi iudicium DEI uenerit super eos insperato, non gloriari possunt de Deo, cuius uerbum blasphemauerunt & subuerterunt. Non iactant tunc, ut ante suæ doctrinæ certitudinem, ut solent coram insano populo, ipsi interim egregie incerti, aut potius, ut ad Titum scribitur, suo ipsorum iudicio condemnati, sed comprehenduntur in horrendis tenebris, ut non liceat euadere iudicium. Tunc primum lubricam et tenebrosam uident suam viam, suam doctrinam & falsam religionem, quando stare non possunt. Miscreatur Deus omnium peccatorum & eorum qui seducti sunt, & ignoscat nobis propter Christum. Custodiat uero nos, ne in hoc horrendis Hæreticorum, ut sunt nostri Papistæ & sectarij, hominib[us] mente corruptorum iudicium incidamus etc.

APVD PROPHETAS in Samaria.

Exemplo uel deterret uel grauius condemnat eos. Prophetæ Samariæ, id est, Regni Israel, seducebant Reges & populum, donec simul perirent cum ipsis, abducti in Assyrios. Nunc autem Prophetæ Ierusalem ciuitatis sanctæ,

sanctæ, ubi uerbum Dei doceri debebat & coli Deus se-
cundum DEI legem, seducunt falsa doctrina quicquid
populi est reliquum per totam Iudæam, nihil ueriti dam-
nationem Regni Israel & Prophetarum eius, lege uel
Historiam Achab etc, lege supra capit. iij. Illi prophetas
bant cultum Dei sub nomine Baal in locis extra Ierusa-
lem, contra mandatum Domini, Deut. xij. Isti uero Pro-
phetant eosdem cultus Baal sub nomine DEI, qui edu-
xerat eos ex Aegypto, in Ierusalem, quasi secundum le-
gem, docentq; populum confidere his cultibus contra
primum Præceptum, & fit Idolatria & Hypocrisis, quæ
ex Ierusalem peruadit in totam Iudeorum terram, quem
admodum Paulus de Papistis prædixit. In Hypocrisi lo-
quentium mendacium, Cultus Dei dicitur esse, sed Spis-
ritus sanctus uocat Hypocrisin, id est, ueram Idolatriam
sub nomine cultus Dei. Item uocat Mendacium, ut &
alijs dictum, quia non est uerbum & Dei ueritas, sed tan-
sum figmentum humanum etc.

OMNES sunt ut Sodoma, & ciues eoru-
tut Gomorra, sed additur, Coram Me, dicit DOMinus,
Nam coram mundo sunt sancti patres, boni Doctores,
religiosi Dei cultores, & ut nostri Monachi, in statu per-
fectionis, qui sibi & alijs suis operibus merentur uitam
eternam, & habent singulares coronas in cœlis. Et ciues
eorum, id est, qui sequuntur doctrinam eorum, uiden-
tur timere & religiose colere Deum, dum faciunt opera
ut mereant uitam eternam, sed coram Me, sunt Gomor-
ra. Ideo dicit eis Esaias, capit. i. Audite uerbum Domini
Principes Sodomaorum, auribus percipite Legem DEI
uestri populus Gomorre, Quò mihi multitudinem ui-
timarum uestrarum: etc, Contemnunt uerbum DEI,

CCC iij. & uerum.

CAPVT XXIII:

& uerum DEI cultum, fidem & obedientiam, Magnissimant uero sua uerba & suscipiunt falsos cultus & fictas religiones, Non sunt ergo populus DEI, sed Sodomorum populus, Non sunt uxor Dei, sed adultera in spiritu, quamuis etiam illi Hypocritæ a corporalibus immunitiis in occulto non sint immunes, Nostræ Papistæ hodie etiam in aperto depuduerunt. Tales sunt mercedes falsæ & Idolatricæ doctrinæ, Rom. i. etc.

A N I M A N T malignos. Id est, Suis Mendacijs confortant impios, ne poenitentiam agant, et reuertantur ad uerbum Dei & uerum Dei cultum, quæ Deus nobis suo uerbo legis & Euangelij præscribit, Agite, inquiunt, permanete in ista sancta religione, permanete in fide patrum uestrorum. Nihil mali accidet uobis. In omnia mala incidetis, si doctrinam Ieremiæ suscepseritis. Profigate a uobis istum Hæreticum etc, quæ sunt hodie etiam uoces nostrorum AntiChristi Papistarum, contra Euangeliū gloriæ Domini nostri IESV. Christi. Quas uoces hic Deus in Ieremia uocat Hypocrisim & Mendacium. Sequitur ergo poena, occisio, & captiuitas Babylonica, Ecce Ego cibabo eos etc, Vides itaq; hic unde accidat quod Principes, Reges & Populus oderunt, & persequuntur uerbum DEI, uides licet a falsis doctoribus, qui probant sua doctrina impiorum blasphemias & contemptum, quasi per hoc obsecuum præstetur Deo.

VISIONEM CORDIS SVI, Id est, sua Somnia, ut infra dicitur, quæ mentiuntur esse uerba DEI, Prædicant Mendacia & fictos cultus, falsasq; religiones, quasi uerbum DEI & uerum DEI cultum, ex figmento cordis sui, quæ homines excogitarunt, non ex ore Domini

IEREMIAE.

CCLXXIII.

ore Dñi, id est, non uerbum Dei, Id qd' & infra sic dicit,
Non mittebam eos, id est, Non habebant uocationem
Dei, et tamen ipsi currebant, id est, exequabant officium
Dei & prædicabant quasi ex ore Dñi, ingelserunt se, dicen-
tes, Somniaui, Somniaui, id est, habeo reuelationē a deo,
ut alij sancti Prophetę, hoc est uerbi DEI, Sic dicit Do-
minus, Dominus ita iussit, Bene erit uobis, non male, ut
Ieremias falso prophetat etc, & tamen omnia mentiu-
tur, Quæ monstra falsorum Spirituum, qui iactitabant
magnum Spiritum, etiam nos sustinuimus, & per Chris-
tum uicimus, Hoc peccato nunc maxime damnamus
Papistas AntiChristianum Regnum, Contra quos Chri-
stus dicit ex Esaia, Frustra colunt Me, docentes doctri-
nas & mandata hominum. Quantas blasphemias uides
in articulis Louaniensium Theologastrorum, quos Ca-
rolus quintus Imperator suis literis & Sigillo confirma-
uit, propter quos articulos occiduntur innocentes homi-
nes, quemadmodum CHRISTus prædictit, Ut omnis qui
occiderit uos, arbitretur se obsequium præstare DEO,
Hoc efficiunt isti Pseudoprophetæ. Qui omnes peri-
bunt, ubi ueritate uerbi DEI conuicti fuerint, & tamen
blasphemare & persequi non cessauerint.

QVIS ENIM. Verbum est impiorum

Doctorum. Quid sciret Ieremias & alij Prophetæ de
Consilio & uoluntate Domini: quando Deus locutus
est cum eis: quibus prædictit malum, Ecce tempestas
etc, Sed Deus addit. Si mansissent in Consilio meo, qua-
si dicat, Non opus est ut irrideant isti mendaces Hypo-
critæ, Quis nouit Consilium & uoluntatem Domini:
Ego, quod ad salutem eorum attinet, reuelauī eis Mei-
plum, meum Consilium & uoluntatem meam uerbo
DDdd meo in

CAPVT XXIII.

meo in Mose & Prophetis, & dedi eis præceptum, Deu;
 xij. ne uerbo meo quid demerent, neue quid adderent,
 sed permanerent in certo meo uerbo, Sic debebant præ
 dicare Deum & D E I consilium ex ore Domini, & non
 ex suis somnijs & Mendacijs humanis, quae sunt doctrinæ
 Dæmoniorum in Hypocrisi sic loquentium menda
 cium etc. Si, inquit, manlissent in Consilio meo, et popu
 lo meo prædicassent uerba mea, ea uerba mea conuertis
 sent populum ne iudicio Dei periret, Quemadmodum
 & in Euangelio dicitur. Habent Mosen & Prophetas,
 illos audiant, Vides quemadmodum Ieremias per totū
 suum librum depingat nostros Papistas Regnum Anti
 Christianum in Pseudoprophetis & impijs Sacerdoti
 bus etc.

NON MITTEBAM. Non sunt mis
 sia Deo, ne hodie quidem, qui etiam si probare possunt
 uocationem ad officium, tamen uerbum deī non habent;
 neq; prædicant, sed tantum humana somnia. Cuius pec
 cati nos hodie reos facimus & accusamus Papistas & se
 ctarios alios, Legatus non est legatus, quando aliud agit
 & nunciat quam quod Dominus ei^o ipsi mandauit, Cur
 sum uero eis tribuit, ut significet ardorem & diligentia
 am eorū in promouendo errore, Non misit hodie Chris
 tus Sacramentū per das, et uides quam currant, id est, scri
 bant, doceant, prædicent contra CHRISTI uerbum, coma
 minantur omnibus interitum, nisi ista eorum blasphem
 ia suscipiatur, sed attendant quod hic dicitur. Si man
 sisserent etc.

*Securi sunt
 falsi Doctores
 quasi Deus
 ignoret.*

AN NON EGO. Audio, securi sunt
 Pseudoprophetæ, quasi Deus non audiat, non uideat
 ipsorum iniurias, mendacia & blasphemias, quasilia
 ceat eis.

JEREMIAE:

CCLXXIII.

ceat eis impune contemnere & persecui DEI uerbum,
& statuere sua mendacia, & seducere quosvis ad sui glo-
riam & commodum, dum existimant quæstum esse pie-
tatem, quæ est turpisima religio & abominatione coram
Deo, ut hodie sit apud Papistas CHRISTI & Euangelij
persecutores. Sed ait. Ego sum Deus prope, id est, qui
vbiq; præsens in cœlo & in terra, coram video omnia, ne
effugiant iudicium Dei etc.

SOMNIA VI. Id est, habeo reuelatio-

somnia domini
nem Dei per Somnium. Vides quod pugnantia docent,
Antea dicunt. Quid metuitis Prophetas? Quis sciret
Consilium Domini, quid facturus sit Deus? quasi dis-
cant, Nullus, ne isti quidem Prophetæ Domini. Hic au-
tem ipsimet de reuelatione Domini gloriantur. Tales
Somniatores suas deceptiones ornatabant, Ex Nume. xij.
Vbi Dominus dicit. Si quis fuerit inter uos Propheta
Domini, in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar
ad eum. Sed mentebeantur, Deus per somnia nihil loque-
batur, nihil reuelabat eis, sed quæ docebant, nihil aliud
erant quam somnia, ut non dicam, quod Deus per reue-
lationem non destruit suum uerbum, non iubet sincere
docentes occidi, nō probat Idolatriam, quemadmodum
seductores persuadere uolunt. Uerbum dat suo populo,
inde cautus esse debet populus, ne contra hoc uerbum
suscipiat somnia humana, secundum mandatum CHRISTI.
Attendite a Pseudoprophetis etc, Psalmus. xix. sic di-
citur. Seruus tuus fit cautus per ea, & qui custodit ea
multa recipiet.

OBLIVISCAT VR. Hic est fructus
falsæ doctrinæ, uidelicet Oblivio DEI & ueræ pietatis,
& tamen interim seductus populus cultum Dei esse pu-

DDd ij tat am-

*fructus falsæ
doctrine.*

CAPVT XXIII.

eat amplificatum per talia somnia, & Hereticum iudicat,
quisquis uel uerbum contra mutierit, quemadmodum
Christus etiam dicit, Venit hora, ut omnis qui interficit
uos, arbitretur se obsequium praestare DEO. Maxima
gratia est, si quis postea reuersus fuerit per uerbum DEI
ex tali dementia & coecitate. Non frustra itaq; Væ illis
dicitur, qui talis impietatis & obliuionis Dei sunt auto-
res.

Palea menda-
eiorum.

Triticum uer-
titatis.

PRÆDICET SOMNIA. Id est,
Si non potuerit tacere, dicat sua somnia, non ut mea uer-
ba, Non blasphemet alios seducendo, & sua somnia pro-
uerbis meis uendendo. Quod uerbum Dei non habent,
Deus sic dicit, Propheta qui nihil habet nisi somnia, id
est, non habet uerba mea. Somnia sint somnia, Ego per
somnium nihil locutus sum eis. Separantur somnia a uer-
bis meis, ut coelum ab inferno, ut triticum a palea. Si
quidem uerba mea efficacia sunt, triticum sunt, & qui-
cunq; his adhaerent & sanctificantur triticum sunt, Do-
ctrina autem humana inefficax est, palea est & materia
ignis, quicunq; adhaerent ei palea sunt, igni comburende
da inextinguibili, ut Iohannes Baptista dicit. Contra.
Qui habet uerbum meum, prædicet uerbum meum re-
cte, ne peruerat illud, aut alio trahat, ne etiam sub specie
uerbi meis educat alios, Id quod etiam tunc multis nomi-
nibus, sub specie legis D E I, mali Sacerdotes faciebant,
quemadmodum damnat C H R I S T U S postea Scribas &
Phariseos, Matthæi. v. quemadmodum & apud nos Pa-
pistæ & Papa, pro sua impietate scripturis abuse sunt,
quo peccato hodie manifeste conuincuntur.

NONNE VERBVM MEVM.
Id est, Mea uerba efficacia sunt, siue comminor uindicta:
contra ses:

IEREMIAE.

CCLXXV.

contra seductores & contemptores, siue promitto gratia
am resipiscientibus peccatoribus. Iccirco metuendum est
uobis Hypocritis, & bene sperandum obsequentibus,
Siquidem quod dico, hoc Ego praesto. Contra. Vestræ
paleæ & somnia, quando etiam fulminatis excommuni-
cationes, nihil sunt, & quando promittitis salutem sedu-
citis coecum populum. Non enim sunt uerba uestra uerba, ut
mea uerba, ut ignis consumens & malleus conterens
petras.

FVRANT VR VERBA MEA.

Furari uerba

Id est. Mea uerba uel male interpretantur aut peruertere
quod dixi, uel mentiuntur me dixisse quod non dixi, &
talia tradunt per manus alijs, quemadmodum Papistæ
habent falsas interpretationes ab alijs acceptas. Et cla-
mant, Doctores, doctores, Patres, patres etc, ut seductio-
nis non sit finis, supra capi. ij. Populus meus oblitus est
mei diebus innumeris, CHRISTus uocat tales Doctores
non Pastores, sed fures & latrones. Dicunt, Ipse uidelicet
Dominus dixit, quod Dominus non dixit, sed loquuntur
uerbis suis non ex ore Domini mendacia & blandas
doctrinas, plausibiles rationi humanæ, quas homines li-
benter audiunt, Roma. xvi. Obscro uos fratres, ut con-
sideretis eos, qui dissidia & offendicula gignunt contra
doctrinam quam uos didicistis, & declinetis ab illis, Nā
qui eiusmodi sunt, non seruiunt Domino Iesu CHRI-
STO, sed suo uentri, & per blandiloquentiam & absentia-
onem decipiunt corda simplicium.

CVM INTERROGAVERIT.

Ex hoc loco notū ē quod Pseudoprophetę imitati sunt
uerba sanctorum Prophetarum, quæ uides in Esaiā, qui
sæpe dicit, Onus Domini, id est, iudicium & plaga a
Onus Domini
DD dd. ij. Deo.

CAPVT XXII.

Deo, uidelicet comminatus impijs nomine Domini, Et Pseudoprophetæ, impij Sacerdotes, & contemptores Iudaï, irridentes dixerunt ad Ieremiam, Vos Prophetæ nihil vñquam boni prophetatis, non habetis aliud quod dicatis quam, Onus Domini, Dic nobis aliquod Onus Domini, Quodnam est Onus Domini? An nondum satis insaniſtis uos egregij scilicet Prophetæ? etc, Admonet igitur Deus me istis blasphemijſ & contemptu perſtant peccare, ut dicant irridendo, Onus Domini. Sed si quis ferio & in timore Dei uoluerit interrogare Prophe tam sanctum, uel alium quempiam ex pijs, qui ex Prophetæ seu uerbo Dei didicit, dicat his uerbis. Quid respondet Dominus? & Quid dicit Dominus? Non au tem dicit, Quod est onus Domini? Non erant hæc mala uerba apud Hebræos, sed iam propter irrationem uera ſa in contumeliam Prædicatorum. Ideo prohibet ea hic Deus pro ratione temporis, et iubet ut respondeat Prophetæ dicentibus, Quod est Onus Domini? Vos estis Onus Domini, Ego Dominus adhuc porto uos, sed breui abiſciā uos in Babylonem, ut onus mihi moleſtissimum, Et vnicuique sermo ſuus erit Onus, id est, perditio, uester sermo uos condemnabit, Nam, ut ſequitur, Per uertitis uerba DE Iuiuentis.

CAPVT XXIII.



STENDIT mihi Dominus, & ecce duo calathi erant pleni fi ciſ, positi ante templum Domini, postquam tranſtulerat Nebucad Nezar rex Babylonis Iechaniam filium Ioiakim regem Iuda, & Principes

principes Iuda, fabros lignarios et fabros ferrari-
os, a Ierusalem, & adduxerat eos in Babylonem.
Calathus vnum habebat ficus valde bonas, ut so-
lent esse ficus cum primum mature sunt. Calathus
alter habebat ficus valde malas, quæ comedi non
poterant, adeo malæ erant, Et dixit Dominus ad
me, Quid tu uides Ieremia? Et dixi, Ficus, bonas
ualde bonas; & malas ualde malas, quæ comedi
non possunt, adeo malæ sunt.

Et factum est uerbum Domini ad me dicens,
Hæc dicit Dominus Deus Israel, Sicut ficus hæ-
bonæ sunt, sic per gratiam agnoscam transmigra-
tionem Iuda, quam emisi ex hoc loco in terram
Chaldæorum, & clementer ponam oculos meos
super eos, & reducam eos in terram hanc, Et ædi-
ficabo eos & non destruam, plantabo eos & non
euellam. Et dabo eis cor, ut cognoscant Me, quod
Ego sum Dominus, Et erunt mihi Populus, & E-
go ero eis Deus, Et conuertentur ad Me in toto
corde suo.

Sed sicut ficus pessime sunt, que comedi non
possunt, adeo malæ sunt, dicit Dominus, sic dabo
Zedekian Regem Iuda & Principes eius & reli-
quos in Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac, et
qui habitant in terra Ægypti, Et dabo eos in af-
flictionem, ut non maneant in ullis regnis terræ,

DD dd iiii ut fiant

CAPVT XXIII.

ut fiant opprobrium, proverbum, fabula & maledictum, in omnibus locis ad quae ejciam eos, Et mittam in eos gladium et famem & pestem, donec pereant de terra, quam dedi eis & patribus eorum.

Visio hæc ostensa est Prophetæ, ubi Populus abductus fuerat cum Iechania rege, relictis tantum in Regno Iuda pauperibus terræ, quibus Rex præficitur Zedekia, ut legis. iiii. Regum. xxiiij. Iechania cum matre & Principibus & sapientibus & artificibus & cum decem milibus bellatoribus, se tradidit Babylonio, ne se & populum perderet, id quod uidetur fecisse in angustia persuasus a Ieremia, ut legis supra capit. xxi, quod ita sibi & populo melius futurum esset in captiuitate, quam tamē sua malicia & Dei contemptu meruerat.

Hic postea oritur miserabilis tentatio & dolor abductis, cum uident suum Regnum & Templum & omnia sua Sacra adhuc esse integra, se reliquisse sua bona, suam terram, suum ut uidebatur Deum, & deceptos esse a Ieremia et alijs Prophetis, ideo nunc se merito ferre captiuitatem, illos autem qui remanserunt in Ierusalem fœlices & in possessionibus suis & coram Deo. Huc accedit, quod Pseudoprophetæ & Zedekia rex cum suo populo, illos accusabant ut perfidos, ut trans fugas & impios, a Ieremia et alijs nebulonibus deceptos, se uero gloriantur & fortes & pios, at tales qui auxilio Dei freti possint permanere in terra sua uel in uito Babylonio exercitu, iam tandem apparere mendacia Prophetarum, uidelicet Ieremiæ & aliorum etc.

Consolatur itaq; Prophetæ, abductos hac uisione & eius interpretatione, & alijs prophetat grauem interitum, In

IEREMIAE.

CCLXXVII.

rum. In quo negotio etiam Ezechiel Propheta multus
est, quando est cum alijs in captiuitate. Tunc Dominus ~~Duo edabili~~
habebat duos calathos plenos sicubus stantes ante tem*s* sicum.
plum, quia alter erat a Templo abiiciendus, & alter erat
ad templum reducendus, prior erat populus qui in Ieru-
salem remanserat, posterior erat populus qui in Babylo-
nem abductus fuerat, Duo erant calathi, quando iam
populus Iuda in duos populos diuisus erat, Alter erat
in Babylone sub uirga patris, Alter in Ierusalem, qui
prioribus peccatis adhuc grauiorem contemptum ad-
debat.

Vide uero benignitatem & misericordiam DEI.
Populus cum rege Iechania, sua impietate provocau-
rat contra se Dei iudicium, ut abduceretur in captiuita-
tem, Nunc tamen pro abductis sollicitus est Deus, &
adest eis uel in captiuitate, tuetur & promittit redditum
ad patriam. Vnde notissimum euadit, quam gaudeat De-
us esse magis Pater quam Iudex, Huius etiam testis est
rex Manasses etc.

SIC PER GRATIAM agnoscam. Vi-
debatur haec similitudo postulare, ut diceret, Sic boni
sunt qui transmigrauerunt, Ne autem bonitas in ipsis
else intelligeretur aut meritum eorum bonum, quis uia
impietate captiuitatem meruerant, statuit Deus hoc be-
neficium in suam dilectionem sive gratiam, & dicit se
per suam gratiam agnosciturum eos etc, id est, Accep-
tione Dei & imputatione DEI sunt bonae fiscus, hoc est,
non propter se, sed propter beneplacitum & misericor-
diam Dei erga ipsos. Hinc uides quanta diligentia loqua-
tur Spiritus sanctus, ne nobis iusticias humanas in con-
spectu Dei somniemus, ut ille Phariseus, Lucæ. xvij. ad
EEec Deum

Non meritum
sed Gratia.

CAPVT XXIII.

Deum placandum, Hæc est misericordia, gratia & iustitia D E I erga nos, quod ipse solus est iustus & iustificat impium ex fide CHRISti, Roma. iiij. lege hic sequentia, Ego, inquit, per gratiam agnoscam eos, qui iratus emisi eos in Babylonem, Cum gratiam promittit, non utitur duro uerbo, Abieci, sed suauius loquitur de graui poena, Emisi, abiiciuntur inimici, Amici possunt emitte. Item, Ego clementer ponam etc, Ego reducam, Ego adfiscabo, Ego dabo eis cor etc, Vides itaq; quod omnia quæ sunt redēptionis & iustificationis nostræ sunt in gratia & in imputatione Dei, et non in nostris operibus.

Non ex opera
ribus, sed Spi-
ritu sancto.
Christi.

ET DABO EIS COR. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram Deo, quemadmodum Paulus egregie docet in suis Epistolis, & ipsa res apud fideles clamat, Quid ergo efficiunt prædicatores operum sua Hypocrisi, qui contendunt inde iustificari homines, unde ipsi non sunt iustificati? Vides malos homines etiam prædicatione sanctorum Prædicatorum factos esse deteriores, Bene quidem illi ex uerbo Dei dixerunt, sed hi non fuerunt boni, ut bonum D EI uerbum suscipere possent. Prauum est cor hominis etc supra capit. xvij. & Gene. viij. Senilis & cogitationes humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Vexationes itaq; conscientiarum, per traditiones humanas indignissime sunt, de quibus hic dicatur, ne prædictio quidem decalogi siue legis diuinae prodest impis, id est, non purificatis seu iustificatis cordibus, qualia sunt omnium hominum per naturam, lege uel Historiam Moysis & populi eius, Lex quidem bona est, sed a non bonis non suscipitur, nisi forte secundum speciem & Hypocrisin, Ergo quis cultus D EI secundum legem ibi else potest, ubi

test, ubi in corde Deus & Lex eius non est, id est, non timetur Deus, non diligitur Deus, non fidetur Deo, cum tamen haec ante omnia uelit Deus in primo Praecepto, sine quo Deum non habes? Quomodo igitur eius praecepta seruabis quem non agnoscis? quomodo illum cosiles quem non habes? Iniquitatis & immundis nihil est mundum, sed inquinata est illorum mens & conscientia. Quis igitur mundabit cor hominis natura impurum? Solus Deus, Per quid uel quare? Ex sola misericordia, qua est Christus, ut eius gratia commendetur, nostra iusticia nihil sit, ut sit ipse iustus & iustificans eum qui est ex fide Iesu CHRISTI, ut ante diximus. Haec Euangelica gratia hic promittitur populo, post captiuitatem in Ierusalem reuertenti.

Dabo, inquit, eis cor, ut cognoscant Me. Quo significatur, neminem habere cor ad cognoscendum Deum esse DOMINUM omnium coeli & terrae, diuinitarum & paupertatis, iusticiae & peccati, uitae & mortis, in cuius manu sint omnia, nisi cui Deus gratuito dederit Spiritum sanctum, ut David orabat, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum certum innoua in uisceribus meis etc. Id quod etiam Deus fatetur in lege, Deutero. v. dicens: Quis det tales eos habere mentem, ut timeant Me, & custodiant uniuersa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis & filiis eorum in sempiternum? Et Moses promittit Deute. xxx. Circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis uiuere. Sequitur.

Et erunt mihi populus, & Ego ero eis Deus, uidelicet, ubi Ego dedero eis cor molle & spiritum nouum, Ezech. xxxvi, lege ibi. Hoc est pactum DEI nobiscum,

EEee ij ut pactum

CAPVT XXIIII.

ut pactum inter sponsum & sponsam, Psalmus. I. Audisti popule, Ego loquar, Israel, Ego tibi testificabor, Ego Deus, sum Deus tuus, Non propter sacrificia tua arguote etc, In hoc pacto omnia nostra placent Deo, & diligimus Deum & proximum, Sine hoc pacto, ut nihil placet Deo, ita etiam nihil potest praestari quod sit Deo acceptum. Sine fide enim impossibile est placere DEO. Hanc gratiam semper habuerunt, qui Deo placuerunt a condito mundo in Christo, Semine mulieris promisso, Nam Ephe. I. Paulus audet dicere, Deus elegit nos in CHRIsto ante conditum mundum ab æterno etc, Hic autem promittit eam post captiuitatem reuertentibus sub Sorobabel & alijs. Quia postea semper habuit populum Electorum etiam in medio impiorum Iudæorū usq; ad nouissimas Iudæorum reliquias saluatas, id est, aliquot milia qui CHRISTum uenientem suscepserunt, & eius Euangeliū in totum mundum sparserunt, In his omnes hac promissione Deus respicit. Si quidem ex illis Iudæis, qui ex captiuitate Babylonica redierunt, uenit salus, de qua Christus dicit, Ioa. iiiij. Salus ex Iudæis est.

I N T E R R A Æ G Y P T I. De illis Iudæis dicit, qui fugerant in Aegyptum, ut euaderent captiuitatis & mortis periculum, uide infra, capit. xlj.

CAPVT XXV.



VERBUM quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda, in anno quarto Ioiakim filij Iosiae regis Iuda, qui est annus primus NebucadNezar Regis Babylonis, Et locutus est Ieremias Propheta adi

IEREMIAE.

CCLXXIX.

pheta ad omnem populum Iuda, & ad omnes ci-
ues Ierusalem, dicens.. Iste est tertius & vicesimus
annus a tertio decimo anno Iosiae filij Amon regis
Iuda, usq; ad diem hanc, quando factum est ver-
bum Domini ad me; Et prædicauit uobis interim
de nocte consurgens. & loquens, & non audistis
me.

Misit quoq; Dominus ad uos omnes seruos
suos Prophetas consurgens diluculo, & uon au-
distis, necq; inclinasti aurem uestram ut audiretis,
quando dixit, Reuertimini vnuquisq; a via sua
mala, et a pessimis cogitationibus uestris, Et habi-
tabitis in terra, quam dedit Dominus uobis & pa-
tribus uestris perpetuo & in æternum. Et nolite
ire post Deos alienos, ut seruiatis eis, adoretisq;
eos, ne me ad iracundiam prouocetis per opera
manuum uestrarum, ut affligam uos. Et non au-
distis Me, dicit Dominus, ut ita me prouocaretis
ad iracundiam per opera manuum uestrarum, uo-
bis in malum.

Propterea haec dicit Dominus Zebaoth:
Quia non auditis uerba mea, ecce Ego mittam &
adducam vniuersas cognationes Aquilonis, ait
Dominus, & seruum meum NebucadNezar re-
gem Babylonis, & adducam eos super terram
hanc, & super habitatores eius, et super omnes na-

EEcc iii tiones,

CAPVT

XXV:

tiones, quæ in circumitu eius sunt, Et execrabo & uastabo eos, & ponam eos in stuporem et sibilum & in solitudines perpetuas, Auferamq; ex eis uocem gaudij & uocem laeticiæ, uocem sponsi & uocem sponsæ, uocem molæ & lumen laternæ. Et erit vniuersa terra hæc solitudo & desolatio. Et seruent omnes isti populi regi Babylonis septuaginta annis.

Cum autem impleti fuerint septuaginta anni, uisitabo Regem Babylonis & omnem istum populum, dicit Dominus, propter iniuriam ipsorum, præterea & terram Chaldeorum, ut posnam illam in solitudines sempiternas. Ita adducam super hanc terram omnia uerba mea, quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro hoc, quæcunq; prophetauit Ieremias super omnes populos, Et seruent etiam Ipsi, quamuis sunt potentes populi & magni Reges. Sic reddam eis secundum merita ipsorum & secundum opera manuum ipsorum.

Quia sic dicit Dominus Deus Israel ad me. Sume calicem hunc vini plenum furoris ex manu mea, Et propina ex illo cunctis populis ad quos Ego te mitto, ut bibant, perturbentur, insaniant a facie gladij, quem Ego mittam inter eos. Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis populis

populis ad quos misit me Dominus, uidelicet, Ierusalem, ciuitatibus Iuda, regibus & Principibus eius, ut sint desolati et uastati, opprobrium & maledictum, sicut hodie uidere licet Pharaoni Regi Aegypti, & seruis eius, Principibus eius, & omnino populo eius, Omnibus terris ad occidentem, omnibus regibus in terra VZ, Omnibus regibus Palestinorum, Ascaloni, Gafae, Acaroni & relictis in Asdod, Idumaeis, Moabitis, filijs Ammon, omnibus Regibus Tyri, Omnibus regibus Zidonis, Regibus insularum qui sunt trans mare, Illis qui sunt in Dedan, in Thema, in Bus, et omnibus principibus qui habitant in extremis angulis, Omnibus regibus Arabiae, omnibus Regibus ad occidentem in deserto habitantibus, Omnibus regibus in Simbri, Omnibus regibus in Elam, Omnibus regibus Mædorum, omnibus regibus Aquilonis, tam propinquis quam longinquis, æqualiter omnibus, & omnibus Regibus super terram, qui super faciem terræ sunt, Et Rex Sesach bibet post eos.

Et dic ad eos, Hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, Bibite, ut inebriemini, & uomatis & cadatis, ne possitis surgere a facie gladij, quem Ego mittam inter vos. Et si noluerint accipere calicem ex manu tua, ut bibant, dic ad eos, Hæc dicit

EEee iiii Dominus

CAPVT XXV.

Dominus Zebaoth, Debetis bibere, Quia ecce,
in ciuitate, quæ uocatur nomine meo, Ego incipio
affligere, et uos scilicet impunes euaderetis: Non
eritis impunes, Gladium enim Ego uoco super
omnes habitatores terræ, dicit Dominus Zeba-
oth.

Et tu prophetabis ad eos omnia uerba hæc,
& dices eis, Dominus de excelso rugiet, & ex san-
cto habitaculo tonitru suo concrepabit, Rugiet su-
per ouile suum, cantabit ceuleuma uelut calcantes
vuas contra omnes habitatores terræ, cuius soni-
tus usq; ad fines terræ sonabit, Iudicium est Do-
mino contra Gentes, & iudicabit omnem carnem,
Impios tradet gladio, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus Zebaoth, Ecce affli-
ctio egredietur a populo ad populum, & tempe-
stas magna excitabitur a latere terræ, ibi iacebunt
interfecti a Domino a fine terræ usq; ad finem e-
ius, Non plangentur, Non colligentur, neq; sepe-
lientur, stercus erunt iacentes super faciem terræ:

Vlulate nunc Pastores & clamate, volutate
uos in cinere, uos potentes gregis. Quia instat tem-
pus vestrum, ut maestemini, dispergamini, & cas-
dendo confringamini quasi yasa preciosa, Non
licebit fugere pastoribus, & potentes gregis non
euadent, Ibi erit clamor Pastorum, & vlulatus po-
tentum

tentum gregis, quia vastauit Dominus pascua eorum, & prata pacis iam perierunt, a facie iræ furoris Domini. Dereliquit quasi leunculus habitaculum suum, ideo vastata est terra eorum, a facie iræ Tyranni, & a facie iræ furoris eius.

Ad hoc proprie fuit excitatus Propheta Ieremias, Captiuitas &
Reductio in
Ieremias.
ut non solum hortaretur populum ad poenitentiam pre-
dicendo captiuitatem Babyloniam, sed etiam consola-
retur praedicendo reductionem & certum tempus uide-
licet post septuaginta annos, quod tempus diligenter ob-
seruatum est tunc etiam ab alijs Prophetis, ut uides in Ezechiele, in Daniele & in Historia.

Exprobrat ergo hic populo incredulitatem, & non
resipiscientibus certo uenturam praedicit captiuitatem,
hancq; septuaginta annis duraturam, id quod addit ne
pij desperent, quasi promissiones DEI iam perierint de
CHRISTO in Iudaea nascituro, praedicaturo etc, & de re-
gno Dei per Christum, ex Iudaea in totum mundum, per
Iudeos, propagando. Si enim ibi æterna permanisset
solitudo, sine Iudeis habitatoribus, frustra haec omnia
fuissent promissa, & Deus fuisset mendax, id est, non ue-
rus Deus qui talia promisisset. Non enim haec promise-
rat cum conditione, si Legem seruarent, ut alia promise-
rat illi populo, sed simpliciter ex mera gratia sine adiecta
legis conditione atq; adeo contra meritum ipsorum, ut
uides manifeste uel Esa. viij. ubi inuito Regi Achas, &
blasphemæ domui Dauid datur hoc signum. Ecce uir-
go pregnans etc.

De consolatione uero Iudeorum, post septuaginta
FFff annos,

CAPVT

XXV.

Omnia Regna annos, manifestius infra leges cap. xxix. Hic autem post septuaginta annos, peritum regem Babylonis cum mundi damna suo imperio prædictis, postquam uastauerit & subiecerit ta ad gladium sibi totam Syriam, Aegyptum, Persas, Mœdos & hic uis & uastatione propter non cinas regiones, maxime Idumeos & Arabas, qui de mis seruatum iussera Iudæorum captiuitate ante letati sunt, quæ legis indicium.

anno, manifestius infra leges cap. xxix. Hic autem post septuaginta annos, peritum regem Babylonis cum mundi damna suo imperio prædictis, postquam uastauerit & subiecerit ta ad gladium sibi totam Syriam, Aegyptum, Persas, Mœdos & hic uis & uastatione propter non cinas regiones, maxime Idumeos & Arabas, qui de mis seruatum iussera Iudæorum captiuitate ante letati sunt, quæ legis indicium.

Et Ezech. xxv., xxvi., xxix., xxxv. De horum subactione quædam legis, decimo libro Antiquitatum Iosephi, de Aegypto & tota Syria capit. viij. & rursum de Aegyptijs, Ammonitis & Moabitis, capit. xi. de Tyro capit. xiij. In his postea a rege Babylonio deficientibus (ut ibidem Iosephus sub indicat ex Berozo capit. xij. quemadmodum & Iudæos legis defecisse) postea completum est quod Prophetæ prædixerunt de eorum uastatione, Quo successu, rex Babylonius efferior factus, ad alias subinde gentes subigendas properauit, ut iudicio D E I malis per malos punirentur, & post omnes Rex Sesach, id est, Babylonis, biberet calicem furoris Domini per Mœdos & Persas uictores, ut est in Daniele. Hæc in consolationem piorum Iudeorum dicuntur, ne se solos miseros iudicent in hac captiuitatís molestia, sciantq; suos hostes peritus ros, & se quandoq; Dei misericordia reducendos in Domini DEI hæreditatem, ut compleantur ipsis omnia Dei promissa, in primis de Regno Messiæ etc.

IN ANNO QVARTO. Videlicet, quando Iosakim defecerat a Rege Babylonis, ut habet Historia, Itaq; hæc prius facta sunt, quam ea de quibus dicitur superiori capite.

QVI EST ANNVS PRIMVS
NabucadNezar, quem Nabugodonosor uocant, Hunc locum.

IEREMIAE.

CCLXXXII.

Iocum de anno primo Regni NebucadNezar obseruas
to, propter Historias.

DE NOCTE CONSVRGENS, de nocte, dñs

& Diluculo consurgens, Hunc Hebraismum quandoq*gluculo.*
alibi in hoc Prophetam mutauit, hic autem reliqui, ut ahsue-
fias quid uelit, Ad rem, quam magno studio quotidie
facimus, & omnibus uiribus & conatu incumbimus ut
perficiatur, surgimus nocte cum adhuc sunt tenebræ,
nec totam noctem dormimus, surgimus diluculo nec ex-
pectamus orientem solem, ut mulieres vñcturæ corpus
Christi in sepulchro, Inde fit, ut in scripturis de nocte sur-
gere, & Diluculo surgere, significet rem diligentissime
quotidie curare, donec perficiatur. Dicit ergo Ieremias
per tot annos diligentissime se prædicasse, & Dominum
per Prophetas diligentissime prædicasse obstinato po-
pulo etc, Nihil est neglectum, quod ad uestram salutem
& pacem attinet, sed uos vultis Dei iudicio perire.

EXECRABO. Quasi dicas, Excommu-
nicabo, Anathematizabo etc, abiijciam a facie mea.

AUFERA Mçz etc, Nulla læticia am-
plius audietur ibi, neq*z* in conuiujs neq*z* in labore, So-
lent enim et laborantes honestas operas, maxime iuuen-
tus, cantando fallere horas, & cum gaudio su*z* uocatio-
ni seruire, siue in die siue ad lucernam.

IN SOLITUDINES SEMPI= sempiterna

ternas. Vt cung*z* postea alij homines habitent in terris solitudo.
uastatis, tamen scriptura uocat solitudines perpetuas,
ubi aufertur Regnum, perit Politia, nihil remanet nisi
miserrima seruitus sub hostibus, amissa libertate, Breui-
ter, Pereunt Principes, Nobiles, Rectores, Magistratus,
FFff ij doctores,

CAPVT**XXV.**

Doctores, artifices, uel misere abducti uel crudeliter occisi, ita ut neque ipsi neque posteri eorum, contra quos Prophetatum est, ad suam libertatem redeant unquam, licet postea ibi alij extranei homines habitent, contra quos non est Prophetatum, tamen etiam sub seruitute. Sic Babylonis cecidit imperium Danielis, v. & aliæ gentes perierunt, de quibus hic dicitur. De qua phrasis scripturæ etiam supra admonui, capit. ix.

SUME CALICEM. Prophetica uisio

est. Videbatur enim Prophetæ, quod acciperet ex manu Dei calicem ueneno plenum, unde potaret Reges & Gentes multas uiolenter, id est, etiam recusantes & bibere nolentes. Quia Propheta debet contra eos perditionem. Hanc uisionem hic populo prædicat, ut sciant illas gentes perituras per Babylonium, & postremo Babylonium ipsum per alios, ut ante dictum est.

SIC VIT HODIE VIDERE LICEAT. Nam quando haec dicebat Prophetæ, iam per latrunculos undique immisso, pax terræ erat ablata, & undique timor & paucor, ut dicitur, iiii, Regum, xxiiij. Quali dicit Prophetæ. Ecce iam malum quod prædictum est cœpit adesse, nec liberabitini sed peiora uidebitis adhuc.

AD OCCIDENTEM TERRÆ

Regna uastan
da. Chanaan sunt Philistijm, de quibus postea repetitur, Omnibus Regibus Palestinoꝝ, quorum ciuitates sunt, Ascalon, Gaza, Acaron, Asdod siue Asotum, i. Regum, vi. Quod autem dicit Relictis in Asoto, significat multos iam ante in Asdod perire, forte per Iudeos tempore Saulis uel Dauidis.

OMNIBVS REGIBVS IN terra

VZ.

IEREMIAE.

CCLXXXIII.

VZ. Hiob. i. nostri legunt Hus, hic erat filius Aram. Gene. x. quem Iosephus dicit conditorem fuisse terrae Trachonitidis ad delertum Arabiae (cui adhaeret ciuitas Bostra, respiciens Syriam Damasci) & conditorem Damaci. Ergo in terra VZ siue Hus, significat in Ausitide, ut septuaginta interpretes dixerunt, quasi in Vstide, quae Trachonitis & Ituraea appellatur, Lucæ. iij. in finibus Idumææ & Arabiae uersus Syriam Damasci. Et in Syria Damascena, ubi Damascus ciuitas caput est Regni, Esaïæ. viij.

ILLIS QVI SVNT IN DEDAN

& Thema & Bus, Dedan & Thema sunt ciuitates Idumææ, ut infra uides capit. xl ix. & Ezech. xxv. De Thema etiam legis ex Hebræo Abdiaæ. i. ubi & causa redditur, quare contra Idumæos & ciuitates eorum Prophetæ prædicent. Bus credo esse regalem ciuitatem in Idumæa aut in fine Idumææ ubi incipit terra VZ, ut dictum est, quam alibi Prophetæ Bozra uocant siue Bosra. Est autem Idumæa in Syria, inter Arabiam & Phœniciam, Regio est Esau, qui & Edom dicitur, Gene. xxv. unde Edomæi siue Idumæi, Quandoq; illa regio Seir, a monte Seir nominatur, Deut. iiij.

AMMONITÆ ET MOABITÆ
duo populi in Arabiæ partibus dicti sunt, a duobus filijs Loth, Gene. xix.

TYRVS ET ZIDON siue Sidon, maritimæ sunt ciuitates & ditissimæ olim in Phœnicia,

INSVLARVM TRANS MAR: Id est, qui per mare interiectum separantur a nobis siue a continent, ne hic ineptias quasi Prophetæ dicat, FFff iij Insulas:

CAPVT

XXV:

Insulas esse in altera ripa maris, quæ potius sunt in mari,
ut Cyprus & Rhodus & Cyclades.

IN EXTREMIS ANGVLIS.

De Trogloditis supra admonui capit. ix. uel simpliciter
intellige in extremis angulis, quoscumq; populos qui in
extremis finibus seu angulis adhaerent & proximi sunt
terris ante dictis.

AD OCCIDENTEM, ante dixit,
sed hic addit, in deserto, uidelicet Arabiae.

SIMBRI. Quod Persæ sequuntur (ait
Hieronymus) arbitramur Simbri esse etiam aliquam
Persidis regionem. Nam Elam siue Elamitæ in sacris lis-
teris haud dubie sunt Persæ. Mœdi uero hic suo nomi-
ne appellantur, Hi nempe Mœdi & Persæ multa passi
sunt, Babylonico Tyranno imperante & sibi quotquot
poterat subigente, ut non frustra hic dicat etiam eos ex
calice furoris Domini bibisse, antequam Rex Babylo-
nis biberet, Verum ipsi proprie postea biberunt uasta-
tionis calicem, per Alexandrum magnum, quando am-
serunt Monarchiam, quæ post Babylonios apud ipsos
fuerat. De quo lege infra capit. xl.

Addit uero dicens, Omnibus regibus Aquilonis,
quorum ditiones uel ad Babylonios tendunt, uel ultra
habitant, uel eis uicini sunt etc. Quod uero etiam addit,
Omnibus regibus super terram qui super faciem terræ
sunt. Non de uniuersa terra habitabili, sed de Asia im-
perio, de quo hic sermo est, dicit. Tamen præterea ipsa
experiencia uidemus, quod dictu horrendum est, sicut
omnes homines damnatos ad mortem æternam, nisi re-
dimantur per Christum, ita omnia Regna totius mundi
damnata ad gladium, nisi pœnitentiam agant & precen-
suri ueniam,

IEREMIAE.

CCLXXXIII.

ter ueniam, quemadmodum Ieremias per totum suum librum prædicat. Gladio abutuntur, ergo gladio pereunt.

Et Rex Sesach, id est, Babylonis, biber post eos, id est, peribit cum suo Regno per Mædos & Persas, ubi alios satis uastauerit. Quemadmodum de Alsyrio dicitur Esaïæ. xxxij. Væ qui predaris, nonne & ipse predaris? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? Et capit. x. Væ Assur etc. Et de ipso casu regis Babylonis, Esa. xiiij. De quo & hic infra leges, capit. l. & capit. li. Sesach hic esse Babylonem notissimum est ex uerbis Ieremiacæ infra capit. li. ubi sic dicitur, Quomodo capta est Sesach, & compræhensa est inelyta uniuersæ terræ? Quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes? etc. Vnde constat non Regem sic appellari, quod tamen uulgo interpretes dicunt, sed ciuitatem Babylonem. Quare autem Ieremias sic appetetur, ego rationem reddere non possum, nisi quod Sesach interpretatur, byssus tua, uel gaudium tuum, Babylon erat ornatus, gaudium, & fiducia Regis Babylonis & Babyloniorum, domina mundi, id quod uidetur Ieremias dicere cum subdit, inlyta uniuersæ terræ. Quæ Hieronymus dicit hoc loco, & eum secutus Lyranus, nihil sunt.

ET SI NOLVERINT. Hæc, in hac uisione & reuelatione, significant, quod frustra sint reuicti malis prædictis, nolent quidem, & tamen biscent,

QVIA ECCE IN CIVITATE.

Argumentum a Maiori. Deus non parceret Suo populo peccanti & Ciuitati sanctæ, & uobis scilicet impijs genibus parceret. Suos Deus primum percutit paterna.

FFff iiii uirga.

*Iudicium in
cipit a domo
D E L.*

CAPVT XXV.

uirga, ut resipiscant & non pereant. Interim stultus mundus gaudet de miseria nostra & blasphemat nostram doctrinam, siue propter peccata nostra corripiat nos Deus, siue sanctam portemus crucem propter Euangelium & CHRISTI confessionem. Et non uidet neque Dei miles recordiam quae saluabit & eruet nos, neque sui contra se iudicium quo paulopost periturus est impius & in corpore & in anima, sine spe redemptionis. Propter in poenis sperant, impij non possunt non desperare. Quia illi, etiam si sint peccatores, DEVM habent, hi autem non habent. Sic Christus dixit discipulis suis. Mundus gaudent, uos autem contristabimini, rursum autem uidebo uos, & gaudebit eorū uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Beneficium DEI patris est, quod non dissimulat peccata populi sui quousque pereat, sed potius corrigit & emendat. Eadem sententia est & Ezech. ix. A Sanctuario meo incipite percutere. Quod si ministris ad Sanctuarium pertinentibus non parcit, frustra sibi aliqui contemptores promittunt impunitatem. Hinc similiter argumentatur Petrus in priori Epistola, pro Christianis nihil malis facientibus sed bene, & tamen mala patientibus, dicens. Tempus est, ut incipiatur iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt DEI Euangeli. Et Proverb. xi. Salomon. Si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parabunt?

DOMINVS DE EXCEL SO ru-
giet, ut Leo uoraturus oues, non alliciet blandis appella-
tionibus oues, sed terrebis ceu tonitru & tempestate per
Babylonios in tota terra. A latere terræ, id est, ab Aquiloni,
ut dictum est, capit. i.

Celeuma

IEREMIAE. CCLXXXV.
CELEVMA VEL CELEVS-

ma. Est latine hortamentum mutuum ad aliquid faciendum, ut sit quando multi simul onus magnum leuant. *Celeuma.*
Wolan flux etc, Græce κέλευσμα, qualis cohortatio est etiam nautarum tempore tempestatis, & hic cohortatio calcantium vias in torculari, id est, Babyloniorum exprimentium sanguinem etc, Nam hic significatur uictores super uictos clamatueros, & se se mutuo exhortatueros ad occidendum etc, Sic & Esaiæ. Ixiij. Torcular calcaui solus, & aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea.

SVPER OVILE SVVM. Hinc uides, quod Regna & principatus etiam Gentium sunt *Omnia Regna* DEI, Quia Deus hic se pastorem dicit contra malos pa- *curat Deus, et* stores, id est, Principes terrarum, quos perdere uult per *peccantia cor* Babylonium, et post eos etiam Babylonium, Regna ue- *ripit.* ro et principatus suas caulas uocat, Ideo quicquid bonorum ubique est, ut pax, bona Politia etc, ab ipso est, Rursumque Iudex est Deus ubique contra tyrannidem principum & seditiones populi & inobedientiam & sui contemptum & Idolatriam, quemadmodum dictum est in Psalmo. Surge Deus iudica terram, quia tua est haereditas inter omnes gentes, Et Dani. ij. Transfert Deus regna atque constituit etc, lege confessionem NebucadNezar. Dani. iiiij.

PASTORES gregis, dicit, Reges & duces regionum uastandarum.

PRATA PACIS, id est, iucundissima, commodissima. Sic pingit poetice, pulchras, potentes, diuites ditiones.

G Ggg . Dereliquit,

CAPVT XXV.

DERELIQVIT, videlicet Dominus,

Ergo antea seruabantur non solum Iudæi, sed etiam istæ gentes in Regnis & principatibus suis, non sua sapientia & fortitudine, sed per Deum conseruantem omnia quæ fecit, ut supra dictum, qui habitans cum hominibus, ut in tabernaculo, benedicit eis, & bene habent, Vbi uero deserit eos, pereunt. Ut non dicam, quod omnes illæ Gentes, ab Adam & patribus & Noe filijs, olim habuerunt DEI cognitionem ex uerbo eius, ut adhuc huius pietatis reliquias legis apud Gentes, in Genesi & alibi & Ionæ, i. etc, donec a uerbo Dei deficerent ad humanas, doctrinas & fictos cultus, id est, ad Idolatrias, & facta est obliuio ueræ pietatis etc, Dicit igitur, Quia dereliquit, ideo uastata est terra eorum, quasi dicat, Deus custodit & conseruat Regna, ut non uastentur, cum autem derelinquit ea, non possunt non uastari, Addit uero similitus dinem, Quasi leunculus. Senior Leo non facile mutat suum habitaculum, ut iam assuetus et quietis amans, Leunculus uero leui occasione irritatus ex ira uastat omnia, & querit nouum habitaculum.

Columba.

T Y R A N N I, uel Prædonis siue Depopulatoris, Vetus translator dixit, Columba, Quando apud Hébræos Iona, id est, Columba, a prædando siue Depopulando dicitur, hic conuenit, ut Prædonis siue depopulatoris siue Tyranni, interpretemur, id est, Regis Babylonici, uel DEI, qui per Babylonium uastauit Regna, & postea Babylonium per Moedos & Persas, quasi. dicat, Noluitis DEVUM pastorem, habebitis ergo eum, cum dereliquerit uos, Tyrannū uastatorem, depopulatorem etc.

CAPVT xxvi.

N PRINCIPIO REGNI
Ioiakim filij Iosiae Regis Iuda, fa-
ctum est hoc uerbum a Domino,
dicens, Sic dicit Dominus. Sta in
atrio domus Domini, & prædica
omnibus ciuitatibus Iuda, quæ ue-
niunt ut adorent in domo Domini, vniuersos ser-
mones, quo ego mandaui tibi ut loquaris ad eos,
noli inde subtrahere uel uerbum unum, forte au-
dient, & conuertentur, vnuſquisq; a via sua mala,
ut me pœnitentia mali, quod cogito facere eis, pro-
pter maliciam studiorum eorum. Et dic ad eos.
Hæc dicit Dominus. Si non audieritis Me, ut am-
buletis in lege mea, quam proposui uobis, ut au-
diatis sermones seruorum meorum Prophetarū,
quos Ego misi ad uos mane consurgens & diri-
gens, & non audistis, Faciam huic domui sicut Si-
lo, & ponam ciuitatem hanc in maledictionem
cunctis Gentibus terræ.

Cum autem audirent Sacerdotes & Prophe-
tæ, & omnis populus Ieremiam, loquentem uerba
hæc in domo Domini, & cum iam compleſſet Ie-
remias loqui omnia quæ preceperat ei Dominus,
ut loqueretur ad uniuersum populum, apprehen-
GGgg ij derunt

CAPVT XXVI.

derunt eum Sacerdotes et Prophetæ et omnis po-
pulus, dicentes, Morte moriatur. Quare prophæ-
tas in nomine Domini, dicens, Sicut Silo erit dos-
mus hæc, & vrbs hæc desolabitur, ita ut non sit in
ea habitator? Et congregatus est omnis populus
aduersus Ieremiam in domo Domini.

Cum autem hoc audirent Principes Iuda, as-
cenderunt ex domo Regis in domum DOMI-
ni, & sederunt ad introitum nouæ portæ Domini,
Et dixerunt Sacerdotes & Prophetæ ad Princi-
pes, & ad omnem populum, Hic uir reus est mor-
tis, quia prophetat aduersus ciuitatem hanc, sicut
audistis auribus uestris.

Ieremias autem ait ad omnes Principes et ad
uniuersum populum, dicens, Dominus misit me,
ut Prophetem aduersus hanc domum, et aduersus
hanc ciuitatem omnia uerba quæ audistis. Nunc
ergo bonas facite uias uestras & studia uestra, &
audite uocem Domini DEI uestri, & penitebit
Dominum mali, quod locutus est aduersum uos.
Ecce Ego sum in manibus uestris, facite mihi qđ
bonum & rectum est in oculis uestris. Verunta-
men scitote & cognoscite, quod si occideritis me,
sanguinem innocentem dabitis super uos metipsoſ,
super hanc ciuitatem & habitatores eius. In uerita-
te enim,

IEREMIAE.

CCLXXXVII.

te enim, Dominus misit me ad uos, ut loquerer
in auribus uestris omnia uerba hæc.

Tunc dixerunt Principes et omnis populus
ad Sacerdotes & ad Prophetas. Non est hic vir
reus mortis, quia in nomine Domini DEI nostri
locutus est ad nos. Surrexerunt ergo uiri de Seni-
oribus terræ, & dixerunt ad omnem coetum po-
puli. Micha de Maresa fuit Propheta in diebus
Ezechiae Regis Iuda, qui dixit ad omnem popu-
lum Iuda. Hæc dicit Dominus Zebaoth. Zion
quasi ager arbitur, & Ierusalem erit aceruu lapi-
dum, & mons domus Domini erit Excelsum syl-
uestre. Et tamen Ezechias rex Iuda, non condem-
nauit eum morte, neq; totus Iuda, sed timuerunt
potius Dominum, & deprecati sunt faciem Do-
mini, & poenituit Dominum mali, quod locutus
fuerat aduersus eos. Ideoc; nos nunc ualde male
facimus contra animas nostras.

Fuit quoq; uir prophetans in nomine Do-
mini Vrias, filius Semaia, de Kiriathlearim, et pro-
phetauit aduersus ciuitatem hanc, & aduersus ter-
ram hanc, iuxta omnia uerba Ieremiæ. Cum au-
tem audiret rex Ioiakim & omnes potentes & es-
ius Principes uerba hæc, quæsiuit Rex interficere
eum, Cum uero Vrias hoc rescisset, timuit fugit-
q; & ingressus est in Ægyptum. Sed rex Ioiakim

G Ggg iii misit

CAPVT XXVI.

misit viros in Aegyptum El Nathan filium Achbor, et viros cum eo, qui eduxerunt Vriam de Aegypto, & adduxerunt eum ad Regem Ioiakim. Hic occidit eum gladio, & sepeliri eum fecit in sepulchris vulgi ignobilis.

Itaque manus Ahikam filij Saphan erat cum Ieremia, ut non traderetur in manus populi, ut occiderent eum.

Vigesimo capite supra dictum est, quod Prophetae. **Sacerdotes et Pseudoprophetæ.** tantem Ieremiam in atrio domus Domini, non sustinet Pontifex, sed coniicit in carcerem, hic autem rursum mandato Domini illud ipsum facientem, compræhendunt Sacerdotes mali & Pseudoprophetæ & populus, ut lapidetur, quasi secundum legem Domini, ut blasphemus. Leui. xxiiij. Deut. xij. ut qui dixisset contra locum sanctum Deu. xij. Quemadmodum & Stephanus accusabatur, Acto. vi. Quemadmodum & impij semper perditos uoluerunt Christi confessores, hac specie, quasi essent Haeretici blasphemæ, seductores, ut CHRISTVS ait Matthæi. v. Sic fecerunt et Prophetis qui fuerunt ante uos. Verum Ieremias liberatur per Principes persuasione & consilio Ahikam, interim DEO istis medijs videntte, ut Ieremias pluribus seruaretur in salutem. Vrias autem antea erat occisus & non seruatus, ut runque ita curante Deo pro suis in salutem, siue uiuant siue occiduntur. Quo fit, ut hac uarietate, impius mundus excœatur, Dei consilium fortunam esse iudicet, & pios DEO non esse curæ. Sic Jacobum Herodes gladio ferit, ut est in Actis Apostolorum, Petrus autem ex carcere euadit, & maioribus

I E R E M I A E.

CCLXXXVIII.

& maioribus seruatur rebus, lege Hebræ, xi, de seruatis
in hac uita Sanctis & de non seruatis, Hæc Ieremiæ His-
toria plane est historia quoq; Lutheri per Deum, si quis
bene nouit.

F O R T E A V D I E N T . Ecce hic habes
consilium D E I , quare tam multis prædicationibus ur-
geat, quos tamen perituros nouit, uidelicet ut resipiscant
ne pereant, ut ipse declareret se potius esse patrem quam
iudicem. Et certe profuit ista Dei per uerbum sollicitudo
quibusdam, ut ante indicauimus, multis etiam in capti-
uitatem abductis, ut reuerterentur corde toto ad Domi-
num etc.

Resipiscant
am uult Deus.

M A ne uel de nocte consurgens, dixi alias.

Sicut Silo, lege supra capit. viij.

Nouæ portæ. Forte ea porta est, quam aedi-
ficauit Ioathan. iiij. Regum. xv.

V E R V N T A M E N . Ut cunq; patiamur men dicimus
propter ueritatem, non uindicantes nos uel uerbo, sed ueritatem,
in hac parte muti ut ouis quæ ducitur ad occisionem, ta-
men condemnare & non probare debemus quod faci-
unt aduersarij. Sic & Christus fecit dicens. Si bene lo-
citus sum, cur me cædis? Item. Post hac uidebitis filium
hominis uenientem in nubibus coeli etc.

Patientes ta-

In nomine Domini D E I nostri locutus est
ad nos. Quod impia Sacerdotum tyrannis uidere non
uult, quia sunt uiri sanguinum et dolosi, hoc uident Prin-
cipes ut cunq; non boni. Nemo enim dubitare debebat
de hac Ieremiæ prædicatione, Cessate a malicijs uestris, Prophetis fa-
& Deus habitabit uobis in hoc loco. Si non cessas, nores.
ueritis, peribitis, Quid aliud habet promissio & commi-

Principes etia-

am impia tamē

sunt impia Sa-

cerdotibus &

Prophetis fa-

tes nores.

G G g iij. natio dei.

CAPVT XXVI.

natio Dei in lege toties repetita: Quid aliud promissio de templo facta Salomonis etc? Quanta ergo impietas fuerit, ob hanc indubitatam ueritatem uelle effundere sanguinem innocentem? Et loquuntur Principes pro Ieremia liberando, ex consilio Ahikam, qui forte Princeps hic eorum Orator est, utentes diuabus Historijs, ut persuadeant populo, Altera, de Micha Prophetam, cuius liber extat, Altera, de Vria Prophetam, cuius historiae alibi non meminimus Scriptura. Tunc enim multi p̄ij Prophetarum occisi sunt, quorum nomina sunt in libro uite. Mirantur hic quidam, quare Principes, pro conseruando Ieremia adducant Vriam historiam, qui occisus fuit. Breuitas orationis facit eis obscuritatem, quam breuitatem fecit tunc uel causae necessitas, uel quod populo notissimum erat quō hæc dicerentur, uel forte etiam scriptor hæc paucioribus scripsit quam dicta sunt. Verum quæ hic defunt, ex Historijs complebit prudens Lector sic, Ezechias non occidit Micham prophetantem, & Dominus postea, magno miraculo, liberauit de manu Assyriorum hanc ciuitatem, Ioiakim uero occidit Vriam similia Prophetantem, & postea uenerunt contra nos latrones Syriae, & Iechania Rex noster, cum Regina, Principibus, nobilibus & artificibus a Rege Babylonis abductus est, Illud ergo imitandum, ut bene sit nobis, hoc uero caudum est, ne male accidat nobis. Igitur Ieremias non est occidendum etc.

ZION QVASI AGER. lege Mis-

Fugere licet chæ. iii.

sed non omit-
tere manda-
rum officium.

TIM VIT FVGIT qz. Cessit Propheta Vrias furori Regis, ubi suum fecerat officium, non tam negauit aut in angustia reuocauit ueritatem, sed constanter

IEREMIAE:

CCLXXXIX.

constanter mortem pro ea suscepit, Itaq; Sanctum suum seruauit sibi Deus, etiamsi forte non nihil peccarit in Aegyptum fugiendo, Ita declarat Deus, quod fuga nihil est, ubi Deus uoluerit nos pati, & rursum, quod conatus impiorum nihil est, etiam si maneamus in medio inimicorum, quam diu Deus uoluerit nos seruatos, Et Christus ipse saepe fugit, quando nondum erat hora eius, ut pateretur mortem, non tamen neglexit suum officium, Ionas Propheta aliter fugit & grauiter peccauit. Questionem, an fugere liceat in persecutione, tractauit dilerenter ex sacra scriptura, scribens in quatuor priora capita, Matthaei Evangelista, in eo loco ubi CHRISTus insans fugit in Aegyptum etc.

MISIT VIROS. Hoc tunc potuit Rex Iuda, Quia in principio Regni sui, erat sub potestate & tributo Regis Aegypti, ut habet Historia etc.

SEPELIR. Cum indigne occidisset, fecit etiam tantum virum non dignam sepulturam sepeliri, Fuit vero vir DEI, id est, Propheta, & Prophetæ filius. sepultura hoc
mea pater eius etiam fuit vir DEI, id est, Propheta. iij. Reg. xiiij. iiij. Paralip. xi. ex Leuitis erant Leuitæ. i. Paralip. ix. Tales non vulgari modo sepelebantur, quemadmodum in Evangelio de sepultura CHRISTi dicitur. Sicut mos est Iudeis sepelire. Et CHRISTus de sepulchris Prophetarum dicit contra homicidas Hypocritas, scribas & Pharisæos, Vos ædificatis & ornatis sepulchra Prophetarum. Accusatur ergo hic Rex, quod inhonestam occiso Prophetæ curauit sepulturam, ut etiam sauiret in mortui corpus.

MANVS AHIKAM. id est, Ipse Ahikam, uel eius fauor & auxilium etc.

HHhh CAPVT xxvij.

CAPVT . XXVII.



N PRINCIP Io Regni Ioa-
kim filij Iosiae Regis Iuda, factum
est uerbum hoc ad Ieremiam a
Domino, dicens. Hæc dicit Do-
minus ad me. Fac tibi iugum, &
suspende illud ad collum tuum,
Et mitte illud ad Regem Edom, et ad Regem Mo-
ab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem
Tyri, & ad Regem Sidonis, per manum nuncio-
rum qui venerunt Ierusalem ad Zedekiam Re-
gem Iuda. Et manda eis, ut ad dominos suos lo-
quantur. Hæc dicit Dominus Zebaoth, Deus
Israel. Sic dicetis ad dominos vestros, Ego feci ter-
ram, & homines, & iumenta quæ sunt super faci-
em terræ, per fortitudinem meam magnam et bra-
chium extentum, & do ea cui Ego uoluero.

Nunc itaq; Ego dedi omnes terras istas in
manum NebucadNezar Regis Babylonis serui
mei, Insuper dedi ei & Feras agri, ut seruant ipsi.
Et seruent ei omnes populi, & filio eius, et filio fi-
lii eius, donec ueniat etiam tempus terræ eius. Ser-
uent enim ei populi multi & Reges magni. Popu-
lus autem & Regnum, quod noluerit seruire Ne-
bucadNezar Regi Babylonis, & quicunq; non
submiserit collum suum sub iugum Regis Baby-
lonis, glaz

nis, gladio & famæ & peste uisitabo contra popu-
lum illum, ait Dominus, donec consumam eū per
manum illius.

Vos ergo nolite audire Prophetas uestrros,
& diuinantes, & somniatores, et augures & male-
ficos, qui dicunt uobis. Non seruietis Regi Baby-
lonis. Quia mendacium prophetant Vobis, ut
longe uos faciant a terra uestra, & Ego ej̄ciā uos,
& uos pereatis. Qui enim populus subiecerit cer-
uicem suam sub iugum Regis Babylonis, & ser-
uierint ei, relinquam illum in terra sua, dicit Domi-
nus, & colet eam, & habitabit in ea.

Et locutus sum ad Zedekiam Regem Iuda
hæc omnia, dicens. Subiūcite colla uestra sub iugū
Regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, &
uiuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gla-
dio & fame & peste, sicut locutus est DOMinus
contra populum, qui seruire noluerit Regi Baby-
lonis. Nolite ergo audire uerba Prophetarum,
dicentium uobis. Non seruietis Regi Babylonis.
Quia ipsi mendacium loquuntur uobis, & Ego
non misi eos, ait Dominus, & ipsi prophetant in
nomine meo mendacium, ut Ego ej̄ciam uos, &
pereatis cum Prophetis qui prophetant uobis.

Et ad Sacerdotes & ad populum hunc locu-
tus sum dicens. Hæc dicit Dominus, Nolite audi-

HHhh ij re uerba

CAPVT

XXVII.

re uerba Prophetarum uestrorum, qui propheta-
tant uobis dicentes. Ecce uasa Domini reuerten-
tur e Babylone quam primum, Mendacium enim
prophetant uobis, Nolite ergo audire eos, sed ser-
uite Regi Babylonis, ut uiuatis. Quare datur hæc
ciuitas ut sit solitudo? Et si Prophetæ sunt, & est
uerbum Domini in eis, exorent Dominum Ze-
baoth, ut non ueniant etiam uasa quæ derelicta
sunt in domo Domini, & in domo Regis Iuda, &
in Ierusalem in Babylonem.

Quia hæc dicit Dominus Zebaoth, de co-
lumnis, de Mari, de basibus, et de vasis, quæ ad-
huc sunt reliqua in ciuitate hac, quæ non abstulit
NebucadNezar Rex Babylonis, cum transferret
Iechaniam filium Ioiakim Regem Iuda de Ierusa-
lem in Babylonem, & omnes Principes Iuda et Ie-
rusalem. Quia hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israel de vasibus quæ relicta sunt in domo Do-
mini, & in domo Regis Iuda & Ierusalem, In Ba-
bylonem transferentur, & ibi manebunt, usq; in
diem quando Ego uisitabo ea, dicit Dominus, &
afferri faciam ea & restituui huic loco.

Correctum
Erratum.

Torquent sese interpretes in principio huius capititis,
Quomodo in principio Regni Ioiakim Ieremias loqua-
tur ad Zedekiam Regem Iuda, quando a principio Re-
gni illius usq; ad principium Regni huius uel regnantis
Zedekia;

Zedekia fere duodecim anni intercedunt. Aliunt autem concorditer, hanc temporis descriptionem pertinere ad caput præcedens, ut in fine capitum præcedentis repetatur temporis descriptio, quæ in principio posita erat, & pertineat ad illa gesta, quæ in eo capite dicuntur, hoc uero caput incipiat ab eo loco, Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi iugum &c. Sed quis nos uidet hoc esse coactum? Et quando hebræi hic incipiunt caput, In principio &c. sicut & Græci & latini, & contextus uerborum hoc requirit, nemo interpretum ausus fuit hæc a sequentibus separare. Iccirco ego relinquens alijs suum sensum, simpliciter credo, nec uanis ducor argumentis, hoc loco irrepsisse error rem in biblijs hebræis, qd nunc Ioiakim hic legitur pro Zedekia. Nam Propheta loquitur ad legatos Gentium missos ad Zedekiam regem Iuda, & ad ipsum Zedekiam. Error uero hoc loco potuit uralde facile accidere libra r̄is, propter similia uerba initij capitum uigesimiseptimi, & initij capitum uigesimiseptimi. Sic enim ambo capita incipiunt, In principio regni. N. Filij Iostæ Regis Iuda factum est uerbum hoc. Præterea Propheta capite sequenti, manifestissime tecum loquitur, Et factum est in anno eodem in principio Regni Zedekia &c. Hæc apud me certissima sunt, non ex me, sed ex ipso hoc Propheta & historiæ ueritate.

Ligneum iugum suspendit Propheta a collo, ut sig*l* iugum Babyloniae seruitutem Babyloniam omnium harum gentium super um & Regni Iudæ, quemadmodum ipse exponit. Eo omnes populos. tempore legati gentium erant Hierosolymis, qui forte fiduciam fecerunt Zedekia deficiendi a Babylonio, ut habet historia quod defecit &c. quæ tamen Gentes summo odio iudeos odisse solebant, ut supra indicauimus. Per hos legatos mandat Ieremias gentibus illis, ut se subdant Babylonio,

HHhh. iiij Babylonio,

CAP V T XXVII.

bylonio, quia Deus ita uult, nisi uelint male perire. Ideoq; non credant neq; Iudæi suis pseudoprophetis, neq; gentes suis ariolis, aliud prædicentibus, & adulatione sua principes decipientibus, dum dicunt quæ ignorant & quæ principes ipsorum libenter audiunt, Esa. xlivij. Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum, irrita faciens signa diuinorum et ariolos in furorem uertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens, suscitans uerbum serui sui, et consilium nunciorum meorū complens, lege supra cap. xxi, in eo loco. Et ad populum dic &c. Quam intolerabile ministerium suscepereat Propheta a DEO, Hæc enim prædicatio erat periculosa Prophetæ. Quia uidebatur ex industria solicitare populum contra Regem & soluere gentium foedera quæ cum Rege habebant, aut tunc forte per legatos disponebantur &c. Si quæ tunc foedera pacta sunt fuisse dolosa credo, ut gentes haberent iudæos bellī socios, si quid mali paterent, sinerent uero foedifragæ iudæos perire, incidentes in periculum, modo ipsæ tutæ esse possent, id quod factum est, ut supra indicauimus. Nam ualde gauisæ sunt de Iudæorum perditione, maxime idumæi, ut in psalm. dicitur, Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem, qui dicunt, Exinanite, exinanitæ &c. Hic Propheta præterea habitus est pro inuido & furioso homine, ut qui cuperet non solum Iudæos perditos, sed omnes circumquaç; gentium populos. Misera ergo fuit huius prophetæ uita super terram.

Deus dat Re-
gna cui uult.

ET do ea. De hac sententia ante quoq; aliquando dixi, Filio eius Euilmerodach, Et filio filij eius Balthazaro, Danielis, v. Donec ueniat tempus uisitationis Baby-

I E R E M I A E.

CCXCII.

nis Babylonicæ per Mœdos & persas, ut ante dictum est.
Rex Sefach biber post eos, Non glorientur Tyranni de
sua potentia, gloria & diuitijs, quæ Deus dedit, sed ipsa
hoc non agnoscunt, quia cum satis irritauerint Deum
complentes peccata sua, ut Rex Babylonis, tanto grauius
deſciuntur quanto altius ascenderunt, id quod oramus in
psalm. Exurge Domine iudica causam tuam, memor esto
improperiorum tuorum quæ ab insidente sunt tota die,
Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum, superbia eorū
qui te oderunt ascendit semper.

E C C E V A S A. ut prophetat mendaciter
Hanania capite sequenti.

E T si Prophetæ sunt &c. His uerbis hic manifeste significatur, eos solum posse orare & inuocare in tempore necessitatis, qui uere habet uerbum Dei, alios non posse, ut cunq; hypocrisi florent & sancti uideantur, Hæretici & phanatici spiritus etiam si magnum iactent Spiritum, tamen orare non possunt & in tentatione desperant. Esa, lxiij. Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te, Et tamen omnes illi gloriabantur de maximo cultu Dei, & occidebant prophetas cultus illos condemnantes.

D E columnis, de his legis in historia Salomonis.

Vscp ad diem. Lege Esdram de reducione,

H H h h i i j Caput

CAPVT XXVIII.



T IN eodem anno, in principio Regni Zedekiæ Regis Iuda, in quinto mense quarti anni, dixit ad me Hanania filius Azur, Propheta de Gibeon, in domo Domini, coram Sacerdotibus & omni populo, hæc uerba. Hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, Fregi iugū regis Babylonis, Adhuc intra duos annos dierum referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ tulit NebucadNezar Rex Babylonis de loco hoc, et transstulit in Babylonem, Et Iechaniam filium Ioakim Regem Iuda & omnes vinc̄tos ex Iuda qui abducti sunt in Babylonem Ego reducam ad locum hunc, Quia confringam iugum Regis Babylonis dicit Dominus.

Tunc dixit Ieremias Propheta ad Prophetam Hananiam coram Sacerdotibus et coram omni populo, qui stabant in domo Domini, sic, Amen, Dominus ita faciat, Confirmet Dōminus uerba tua, quæ prophetasti, ut referantur vasa in domum Dōmini, & omnes vinc̄ti ex Babylone ad locum hunc, Verumtamen audi uerbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis & in auribus universi

uersi populi. Prophetę qui fuerūt ante me & ante te iam olim , prophetauerūt contra multas terras, et contra magna regna, de prēlio et de afflictione, et de peste, Cū autem propheta aliquis vaticinatur pacem,cognoscetur num Dominus in ueritate miserit eum,cum impletum fuerit uerbum eius.

Et Propheta Hanania tulit iugum de collo Ieremiæ Prophetæ.& confregit illud. Et ait Hanania in conspectu omnis populi, dicens. Hæc dicit Dominus. Sic confringam iugum NebucadNezar Regis Babylonis,intra duos annos dierum de collo omnium populorum. Et abiit Ieremias Propheta in viam suam.

Factum autem est uerbum Domini ad Ieremiam postquam confregerat Hanania Prophetam iugum de collo Ieremiæ Prophetæ, dicens. Vade & dic Hananiæ. Hæc dicit Dominus , Ligneum iugum confregisti, fac tibi nunc pro eo iugum ferreum. Quia hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, iugum ferreum posui super collum cunctorum istorum populorum, quo seruant Nebucad Nezar Regi Babylonis,& seruient ei, quin & bestias terræ dedi ei.

Et dixit Ieremias Propheta ad Hananiam Prophetam. Audi hanania, Non misit te Dominus, Et tu confidere fecisti populū hunc in Mens

III daciū,

CAPVT XXVIII.

dacum, Iccirco hæc dicit Dominus. Ecce Ego te auferam a facie terræ, Hoc anno morieris, Tuis enim uerbis auertisti eos a Domino, Et mortuus est Hanania Propheta in eodem anno, mense septimo.

Astutia, & dolus Sacerdotum per falsum Prædicatorem.

Quando impij Sacerdotes a Principibus impediti erant, ne possent Ieremiam innoxium effundere sanguinem, uertuntur ad dolos & mendacia, ut uel sic auertant Ieremiam a prædicatione, quæ erat ipsis intolerabilis, Nam defensores peruersæ doctrinæ (ut nostri Papistæ) in psal. uocantur Viri sanguinum & dolosi. Non dubium est, quin horum consilio Hanania fallsum & mendacium prophetarit, ut nobis hodie Papistæ obtrudunt suas Theologastras ranulas. Hic autem Hanania tanta specie & autoritate uidetur fuisse insignis, & ea uerborum simplicitate usus est, ut potuerit etiam Ieremiam decipere, sed res uelata per Deum ueritate condemnatur & moritur, nec tamen impij resipiscunt, ut audiant uerbum Domini.

ET IN eodem anno: Videlicet, quo facta Erratum fuerant quæ superiori capite descripta sunt. Hic manifeste pra. correc. uidet me non vanum fuisse, quando indicaui in principio capitilis præcedentis errorem subrepisse per librarios, & legendum esse ibidem, in principio Regni Zedekiae, non Ioiakim. Nam idem plane hic dicit Ieremias manifestis uerbis. Quo autem profecerit illud initium Regni Zedekiae, hic significatur, cum dicit, Anno quarto, videlicet, Regni eius. Videtur enim Zedekia antea uix fuisse Rex, quando tantum pauperibus relictis illic imperabat, nunc autem uires Regnum recepisse, ita ut audeat postea deficere a Rege Babylonis.

In domo

IEREMIAE. CCXCIII.
IN DOMO DOMINI coram Sacer-
dotibus & omni populo, Vides magna autoritate & spe-
cie prodire falsum Prophetam.

HÆC DICIT. Tanta est contumacia & Non uerentur
contemptus Dei in falsis doctoribus, ut nihil uereantur se falsi Doctores
reos facere illius sententia Dei, Non accipies nomen Do*min* iudicium Dei.
mini Dei tui in uanum, non enim erit imputitus qui hoc
fecerit, in psalmo. Vir sanguinum & dolosi non dimidia-
bunt dies suos. Periit seditiosus Muntzerus cum suo
Zwinglio, periit Monasteriensis Rex cum suis Anaba-
ptisticis Prophetis, Perire uolunt nostri Papistæ, quia De-
us iudex est, et seruat secundum præceptum, quando ho-
mines seruatum nolunt, Sic audet falsum prophetare Ze-
dekia cum alijs pseudoprophetis magna Spíritus iactan-
tia & signis quasi diuinis, iij. Reg. xxij. Sic & omnes im-
pij doctores supra ca, xxij. qui omnes per secundum le-
gis præceptum damnati sunt. Horrendum est incidere in
manus Dei uiuentis &c.

ANNOS DIERVVM. Hebræi hebdo-
mas dierum dicunt vulgares hebdomas, quarum
quaerat continet septem dies, ut Gen. xxix. Comple heb-
domadam dierum copulae huius, Et hebdomas anno
rum, quarum quaerat continet septem annos, ut Danielis
ix. Ita hic dicit, intra duos annos dierum, ut vulgares tan-
tum anni intelligantur & nihil aliud, ne uideatur pseudo-
propheta incertis & dubijs uerbis ludere, Certam enim
singit prophetiam quasi per Spíritum Dei.

Hebdomade
dierum, anno
rum. Sic &
annus anno
rum etc.

PROPHETÆ qui fuerunt. Quasi dicat Tu prophetas
aliud quam
fere hactenus omnes sancti prophetæ malum contra nos boni Prophe-
tarunt, ex comminationibus DEI, secundum les*tae* etc.

IIii ij gem per

CAPVT XXVIII.

gem per Mosen nobis traditam. Si autem Dominus tibi
reuelauit, q̄ interim aliquam gratiam uoluerit nobis ex-
hibere, hoc uidebimus cum factum fuerit. Nam breue est
tempus de quo dicas, & mihi hoc non est reuelatum. Inter-
im tamen Ieremias subindicat certum signum esse men-
dacijs, quando Propheta aliquis promittit pacem Dei con-
temptoribus, quibus Deus minatus est mala & maledicti-
ones teterimas in lege.

*Imitat̄ uer-
ros Prophe-
tas.*

TVLIT IVGVM. Vides quam callide
hic pseudopropheta imitetur sanctos Prophetas, ut etiam
signo prophetet. Et uult hoc facto efficere, ne Ieremias ul-
tra portet iugum suum, tam manifestum futuræ seruitutis
signum, atq; ita falsa spe deceptus cesseret a prædicatione.
Nisi Deus nos custodiat, isti deceptores efficiunt quod
sæuitia gladij & Tyrannis non potest.

IVGVM FERREVM, quod est durie-
us, fortius & durabilius.

HOC ANNO MORIERIS. Tam
manifestum signum, & horrendum DEI iudicium non
potuit Ieremias conciliare autoritatem apud excæcatos,
Et hodie miramur Papistarum & sectariorum obstina-
tiā.

CAPVT XXIX.



ÆC sunt uerba literarum, quas
misit Ieremias de Ierusalem ad res-
liquias Seniorū qui abducti erant
& ad Sacerdotes & ad Prophetas,
& ad omnem populum, quem
abduxerat NebucadNezar de Ie-
rusalem

Ierusalem in Babylonem (postquam egressus est Iechania Rex & Regina & Eunuchi & Principes Iuda & Ierusalem, & faber lignarius & faber ferrarius ex Ierusalem) per Eleasa filium Saphan & Gemaria filium Hilkia, quos misit Zedekia Rex Iuda ad NebucadNezar Regem Babylonis in Babylonem, quae sic habent. Hec dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, omnibus abductis quos transstuli de Ierusalem in Babylonem.

Ædificate domos in quibus habitetis, & plantate hortos ex quibus fructus edatis, Accipite uxores ut generetis filios & filias, Date filiis uestris vxores, & filias uestras date uiris, ut pariant filios & filias, Multiplicamini isthic ne sitis pauci numeri. Et quærите pacem ciuitatis ad quam Ego feci uos abduci, & orate pro ea ad Dominum, in pace enim eius & uobis pax erit. Quia hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, Non vos seducat Prophetæ uestri, qui isthic sunt inter uos, & diuiní uestri, & ne attendatis ad somnia uestra quæ uos somniatis. Quia falsum ipsi prophetant uobis in nomine meo, & non misi eos, dicit Dominus.

Quia hæc dicit Dominus. Cum impleti fuerint septuaginta anni in Babylonie, uisitabo uos,
Hui iij, & suscitabo.

CAPVT XXIX:

& suscitabo super uos uerbum meum bonum, ut
reducam uos ad locum hunc. Ego enim scio cogi-
tationes quas cogito super uos, ait Dominus, uide
licet, cogitationes pacis & non afflictionis, ut dem
uobis finem expectatum, Et inuocabitis Me, ibi-
tis & orabitis & Ego exaudiam uos. Quæreris
Me & inuenietis. Cum quæsieritis Me toto corde
uestro, inueniar a uobis, ait Dominus. Et uertam
captiuitatem uestram, & congregabo uos de uni-
uersis populis et ex cunctis locis, ad quos eieci uos
dicit Dominus. Et reducam uos ad hunc locum,
unde abduci uos feci. Putatis enim q̄ Dominus
suscitauit uobis Prophetas in Babylone.

Quia hæc dicit Dominus de Rege qui sedet
super solium David, & de omni populo habitan-
te in hac urbe, uidelicet, de fratribus uestris qui
non sunt egressi vobiscum vincti, Hæc dicit Do-
minus Zebaoth. Ecce Ego mittam in eos gladium
& famem & pestem, & habebo eos ut fucus malas
qui comedí non possunt præ nausea, Et persequar
eos gladio & fame & peste, & non sinam eos per-
manere in ullo Regno super terram, ut sint execra-
tio, stupor, ignominia & opprobrium cunctis po-
pulis ad quos ejiciam eos, eo quod non audiunt
uerba mea, dicit Dominus, qui misi ad uos seruos
meos

IEREMIAE: CCXCVI.
meos prophetas de mane consurgens, sed uos no-
luitis audire, dicit Dominus.

Vos autem omnes, qui uincti estis abducti,
quos ex Ierusalem emisi in Babylonem, audite uer-
bum Domini. Hec dicit Dominus Zebaoth Deus
Israel contra Ahab filium Colaia & contra Ze-
dekia filium Maseia, qui uobis prophetant falsum
in nomine meo. Ecce Ego dabo eos in manum Ne-
bucadNezar Regis Babylonis, qui occidi faciet
eos coram oculis uestris. Et assumetur ex eis for-
ma execrandi inter omnes vincitos ex Iuda qui
sunt in Babylone, ut dicatur, Faciat te Dominus ut
Zedekiam & Ahab, quos fecit Rex Babylonis su-
per ignem assari, propterea quod fecerant stultici-
am in Israel, & moechati sunt cum vxoribus alio-
ru, & predicauerunt falsum in nomine meo, quod
non mandaueram eis. Hoc scio & testificor, dicit
Dominus.

Et contra Semaia ex Nehalam dic, Hec dicit
Dominus Zebaoth Deus Israel, Propterea quod
misisti literas in nomine tuo ad omnem populum
qui est in Ierusalem, & ad Sacerdotem Zephania
filium Maseia, & ad omnes Sacerdotes, dicens.
Dominus fecit te Sacerdotem pro Iehoiada Sa-
cerdote, ut sitis inspectores in domo Domini su-

III iii per om̄

CAPVT XXIX.

per omnem virum phanaticum et prophetantem,
ut ponas eos in neruum & in carcerem, Et nunc
quare non increpas Ieremiam ex Anathoth , qui
prophetat uobis? Ipse enim misit ad nos in Baby-
lonem,dicens, Longum tempus adhuc est, Aedi-
ficate uobis domos,in quibus habitetis, Plantate
hortos, ex quibus fructus edatis, Legerat enim
Zephania easdem literas audiente Ieremia Pro-
pheta.

Ideoq; factum est uerbum Domini ad Iere-
miam prophetam dicens, Mitte ad omnes uiuctos
dicens, Hæc dicit Dominus contra Semaia ex Ne-
halam, Propterea q; Semaia Prophetat uobis , &
non misi eum, & fecit uos confidere in Mendaci-
um,sic dicit Dominus. Ecce Ego uisitabo super
Semaia ex Nehalam & super semen eius. Non sit
ex eo vir qui habitet in medio populi huius,nec ui-
deat bonum quod Ego faciam populo meo, dicit
Dominus, Quia suis uerbis auertit eos a DO-
mino .

*Consolatur
& docet ea=*
piuos.

Quos Propheta sua prædicatione non potuit con-
seruare a captiuitate, hos iam solicite consolatur & docet
per literas in captiuitate agentes, Mala uero prædicti ijs,
qui relicti sunt in Ierusalem, ut & supra capit, xxiiij. &
xxv. Et admonet ne credant Pseudoprophetis, uel qui
scribunt ad eos ex Ierusalem, uel qui cum eis sunt in ca-
ptiuitate. Nam & hæc pestis Satanæ, etiam tunc inter
ipso

IEREMIAE:

CCXCVII.

ipsos captiuos erat. Impij enim Doctores etiam uicti, cōfusi, percussi a D E O non emendantur, sed defendere uolunt sua mendacia, quamuis suo ipsorum iudicio condemnati Tit. iii. Gloriam enim a semetipsis accipientes gloriam D E I querere non possunt, nec cedere ueritati, hoc est, credere, Ioan. v. Quomodo uos potestis credere etc.

MISIT REX. Ut hæc legatio aliquid ages ret apud Babylonum regem, Quia eius subditus & tributarius erat Zedekia rex Iuda.

Ædificate. Bene placeat nunc uobis uoluntas Domini, & non agite isthic ut desperati, neq; ut statim hucreuersuri, secundum somnia Pseudoprophetarum, Deus aderit etiam isthic uobis etc.

CVM IMPLETI fuerint lxx. anni. Vide licet in principio Regni Persarum, ut dicitur in fine Paralipomenon, & in principio Esdræ. Hic nunc apertius legitur de septuaginta annis quam ante etc. Et addit causam huius beneficij diuinæ, dicens, Non merito uestro hoc faciam, sed propter bonitatem meam, uobis nunc uidetur, quod nihil aliud cogito quam perdere, sed Ego cogito uestrum bonum, ut dem uobis finem quem expectatis, id est, illud quod expectatis ex mea promissione, hoc est, ut tandem accipiatis omnia expectata uel quicquid promisi de temporalibus & spiritualibus, de Messia in terra uestra etc. Estq; hic illa sententia, quam ex Proverbijs citat Epistola ad Hebræ. Quem pater diligit, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi, & que est in Psalmo, Ira eius est momentanea & uita est in uoluntate ei^o, Ad uesperum demorabitur fletus, et ad matutinum

KKk matutinum

CAPVT XXIX.

entinum læticia. Sed hoc non uidetur perturbatis & af-
flictis conscientijs, ideo opus habent uerbi DEI con-
solatione.

Putatis. Creditis bonos Prophetas esse, qui
nunc isthic uobis prophetant liberationem subito uen-
turam, Ideo ego annuncio uobis ueritatem, ut aliud dis-
centibus non credatis.

DE rege, uidelicet Zedekia, lege supra ca.
xxiiij.

Et assumetur. Id est, Quando alquis uollet
alicui maledicere, dicet, Fiat tibi quod factum est duos
bus Pseudoprophetis,

Hoc non cre-
dunt.

HOC scio & testificor. Hoc non credunt
impij Sacerdotes & falsi Doctores, iccirco sine metu
currunt & incidunt in iudicium DEI.

Ioada.

IEHOIADA VEL Ioada bonus ponti-
fex fuit, iiiij. Reg. xi. Zelator pro Regno Dauidis, Hu-
ius successor hic Zephania dicitur per adulacionem, ut
sciat se etiam aliquid debere facere contra insanum Ieres-
miam, turbatorem publicæ pacis & Hæreticum.

Visitabo. Significat eum periturum & po-
steritatem eius ut non uideat illam liberationem & po-
puli reductionem.

CAPVT XXX.

Hoc est

IEREMIAE:

CCXCVIII.

O C est uerbum quod factum est
a D OMino ad Ieremiam dicens,
Hæc dicit Dominus Deus Israel.
Scribe tibi omnia uerba quæ lo-
quor ad te in librum, Quia ecce di-
es ueniunt, dicit Dominus, quan-
do conuertam captiuitatem populi mei & Israël
& Iuda, dicit Dominus, & reducam eos in terram
quam dedi patribus eorum ut possideant eam.

ET hæc sunt uerba quæ loquitur Dominus
de Israël & Iuda. Quia sic dicit Dominus. Vocem
terroris audimus, Formido est & non pax, Inter-
rogate & uidete num masculus possit parere, Qui
ergo fit ut uideam omnes viros manus tenere su-
per fœmora quasi parturientes? & omnes facies
sunt pallide. Certe dies magnus est, cui similis noi-
fuit, & est tempus angustiæ in Iacob, & tamen ip-
se ex hoc liberabitur.

Fiet autem eodem tempore, dicit Dominus
Zebaoth ut conteram Iugum Eius de collo tuo, et
vincula tua dirumpam, ut ipse in eis non seruiat
amplius alienis, sed Domino Deo suo & suo Re-
gi Dauidi, quem fuscitabo eis. Ideo serue mi Iacob
noli timere amplius dicit Dominus, & Israël noli
terreri, Quia ecce Ego te saluabo ex terra longin-
qua

KKkk ij qua

CAPVT XXX:

quia, & semen tuum ex terra captiuitatis tuæ ut res uertatur Iacob, in pace agat, abūdet, & nemo eum exterreat. Ego enim tecum sum, dicit Dominus, ut te saluem, Faciam enim consummationem cunctas rum gentium, in quas dispersi te. Tui autem consummationem non faciam, sed castigabo te, tamen cum iudicio, ne innocens tibi uidearis.

Quia hæc dicit Dominus. Insanabilis est fractura tua, & uulnera tua deplorata. Causam tuam nemo suscipit, ut alligaret. Nemo te sanare potest. Omnes amatores tui obliuiscuntur tui, non curant te. Ego percussi te uelut inimicum castigatione crudeli propter magnam iniquitatem tuam & dura peccata tua. Quid clamas propter contritionem tui, & propter insanabilem dolorem tuū? Hæc enim Ego feci tibi propter magnam iniquitatem tuam & dura peccata tua.

Ideoq; omnes qui te comedenterunt comedentur, & omnes qui te angustiauerunt capientur, & qui te spoliauerunt spoliabuntur, & qui te uasterunt uastabuntur. Te autem sanabo, & uulnera tua curabo, dicit Dominus, propterea q[uod] uocaris. Abiecit a& Zion sit talis quam nemo requirat.

Hæc dicit Dominus. Ecce Ego uertam captiuitatem tabernaculorum Iacob, & miserebor habitationum

habitationum eius, Et rursum ædificabitur Ciuitas super colles suos, & templum stabit more suo. Et egredietur inde Laudatio & iubilatio Multiplicabo enim eam & non minuam. Glorificabo eam & non deformabo, filij eius erunt ut olim ante, & coetus eius prosper erit coram Me, Visitabo enim omnes qui opprimunt eam. ET DVX EO RVM erit ex eis, & DOMINATOR EO RVM egredietur ex eis. Et IPSÆ accedet ad me. Quis enim est qui sponte no corde ad Me accedit? dicit Dominus. Et uos eritis Mihi populus & Ego ero uobis Deus.

Ecce Turbo Domini ueniet cum furore, terribilis tempestas cadet impijs super capita ipsorum. Furens enim ira Domini non desinet, donec efficiat quod cogitauit. In nouissimo dierum haec intelligitis.

Ab hoc capite usq; ad trigesimumquartum caput, Christus pro Propheta consolatur promissionibus Dei populum permittitur post ditum, id est, captiuitate & uastationibus misere uexas captiuitatem sum, ita ut nulla sit curatio, hoc est, humanitus redimi non Babyloniam possunt, Futurum, inquit, est, ut post ista peccata uestra & post captiuitatem Babyloniam reducamini in terram uestram, & consolationem accipiatis, non merito uero, primum tempore, deinde etiam illam æternam in Messia Rege, uobis in Lege & Prophetis promisso. Nouum testamentum inuulgabitur, non amplius eritis sub lege, sed sub gratia Dei, filij Dei. Ie ciro hic etiam ut

KKk. iii Jacob

CAPVT

XXX:

qua, & semen tuum ex terra captiuitatis tuae ut re-
uertatur Jacob, in pace agat, abiudet, & nemo eum
exterreat. Ego enim tecum sum, dicit Dominus, ut
te saluem, Faciam enim consummationem cunctas
rum gentium, in quas dispersi te. Tui autem con-
summationem non faciam, sed castigabo te, tamen
cum iudicio, ne innocens tibi uidearis.

Quia hæc dicit Dominus. Insanabilis est
fractura tua, & uulnera tua deplorata. Causam tu-
am nemo suscipit, ut alligaret. Nemo te sanare po-
test. Omnes amatores tui obliuiscuntur tui, non
curant te. Ego percussi te uelut inimicum castiga-
tione crudeli propter magnam iniquitatem tuam
& dura peccata tua. Quid clamas propter con-
tritionem tui, & propter insanabilem dolorem tuum?
Hæc enim Ego feci tibi propter magnam iniqui-
tatem tuam & dura peccata tua.

Ideoq; omnes qui te comedenterunt comeden-
tur, & omnes qui te angustiauerunt capientur, &
qui te spoliauerunt spoliabuntur, & qui te uasta-
uerunt uastabuntur. Te autem sanabo, & uulnera
tua curabo, dicit Dominus, propterea q; uocaris
Abiecta & Zion sit talis quam nemo requirat.

Hæc dicit Dominus. Ecce Ego uertam ca-
ptiuitatem tabernaculorum Jacob, & miserebor
habitationum

IEREMIAE.

CCXCIX.

habitationum eius, Et rursum ædificabitur Ciuitas super colles suos, & templum stabit more suo. Et egredietur inde Laudatio & iubilatio Multiplicabo enim eam & non minuam. Glorificabo eam & non deformabo, filij eius erunt ut olim ante, & coetus eius prosper erit coram Me, Visitabo enim omnes qui opprimunt eam. ET DVX EO RVM erit ex eis, & DOMINATOR EO RVM egredietur ex eis. Et IPSÆ accedet ad me. Quis enim est qui sponte no corde ad Me accedit? dicit Dominus. Et uos eritis Mihi populus & Ego ero uobis Deus.

Ecce Turbo Domini ueniet cum furore, terribilis tempestas cadet impijs super capita ipsorum. Furens enim ira Domini non desinet, donec efficiat quod cogitauit. In nouissimo dierum hæc intelligetis:

Ab hoc capite usq; ad trigesimum quartum caput, Christus pro Propheta consolatur promissionibus Dei populum permittitur post ditum, id est, captiuitate & uastationibus misere uexatum; ita ut nulla sit curatio, hoc est, humanitus redimi nō possunt, Futurum, inquit, est, ut post ista peccata uestra & post captiuitatem Babyloniam reducamini in terram uestram, & consolationem accipiatis, non merito uero, primum tempore, deinde etiam illam æternam in Messia Rege, uobis in Lege & Prophetis promisso, Nouum testamentum inuulgabitur, non amplius eritis sub lege, sed sub gratia Dei, filij Dei. Iecirco hic etiam ut

KKk. iii,

Jacob

CAPVT

XXX:

qua, & semen tuum ex terra captiuitatis tuæ ut re-
uertatur Iacob, in pace agat, abūdet, & nemo eum
exterreat. Ego enim tecum sum, dicit Dominus, ut
te saluem, Faciam enim consummationem cuncta-
rum gentium, in quas dispersi te. Tui autem con-
summationem non faciam, sed castigabo te, tamen
cum iudicio, ne innocens tibi uidearis.

Quia hæc dicit Dominus. Insanabilis est
fractura tua, & uulnera tua deplorata. Causam tu-
am nemo suscipit, ut alligaret. Nemo te sanare po-
test. Omnes amatores tui obliuiscuntur tui, non
curant te. Ego percussi te uelut inimicum castiga-
tione crudeli propter magnam iniquitatem tuam
& dura peccata tua. Quid clamas propter con-
tritionem tui, & propter insanabilem dolorem tuū?
Hæc enim Ego feci tibi propter magnam iniqui-
tatem tuam & dura peccata tua.

Ideoq; omnes qui te comedenter comeden-
tur, & omnes qui te angustiauerunt capientur, &
qui te spoliauerunt spoliabuntur, & qui te uasta-
uerunt uastabuntur. Te autem sanabo, & uulnera
tua curabo, dicit Dominus, propterea q[uod] uocaris.
Abiecta & Zion sit talis quam nemo requirat.

Hæc dicit Dominus. Ecce Ego uertam ca-
ptiuitatem tabernaculorum Iacob, & miserebor
habitationum

habitationum eius, Et rursum ædificabitur Ciui-
tas super colles suos, & templum stabit more suo.
Et egredietur inde Laudatio & iubilatio Multi-
plicabo enim eam & non minuam. Glorificabo
eam & non deformabo, filij eius erunt ut olim an-
te, & coetus eius prosper erit coram Me, Visitabo
enim omnes qui opprimunt eam. ET DVX EO
RVM erit ex eis, & D O M I N A T O R EO-
RVM egredietur ex eis. Et IPSA accedet ad me.
Quis enim est qui spontaneo corde ad Me acce-
dat? dicit Dominus. Et uos eritis Mihi populus
& Ego ero uobis Deus.

Ecce Turbo Domini ueniet cum furore, ter-
ribilis tempestas cadet impijs super capita ipso-
rum. Furens enim ira Domini non desinet, donec
efficiat quod cogitauit. In nouissimo dierum hæc
intelligetis:

Ab hoc capite usq; ad trigesimum quartum caput, Christus pro-
Propheta consolatur promissionibus Dei populum per; mittitur post
ditum, id est, captiuitate & uastationibus misere uexas captiuitatem
cum, ita ut nulla sit curatio, hoc est, humanitus redimi nō Babyloniam
posunt, Futurum, inquit, est, ut post ista peccata uestra
& post captiuitatem Babyloniam reducamini in ter-
ram uestram, & consolationem accipiatis, non merito ue-
stro, primum tempore, deinde etiam illam æternam
in Messia Rege, uobis in Lege & Prophetis promisso.
Nouum testamentum inuulgabitur, non amplius eritis
sub lege, sed sub gratia Dei, filij Dei. Iecirco hic etiam ut

KKkk. iii. Jacob

CAPVT XXX:

Iacob & Israelis ita etiam Ephraim, id est, Regni decem tribuum meminit, quæ ante solutionem captiuitatis Babylonicae ducentis annis sub captiuitate Assyriorum fuerant, & non leguntur reductæ in terras suas, quarum terrarum magnam partem perpetuo, uidelicet Samaram, occupabant illi qui uocantur Samaritani, usq; ad uastationem Iudeorum nouissimam per Romanos illatam, licet non dubium sit, quin aliqui p̄ij ex decem tribus le Iudeis reuertentibus adiunixerint, quando etiam tempore Christi Hierosolymis habitabant uiri religiosi Iudei ex omni natione quæ sub cœlo est, Acto. ij. Vide quæ dixi de Euangelio supra capit. iiij. Verum infra de corporali etiam Israelis reductione clarius dicam quā hactenus apud interpretes legi.

Ergo quamuis hic corporalem reductionem Iudeis promittat, tamen longius progressus Gratiam Messiae & Regnum eius, in terras primum Iudeorum & Samaritanorum uenturum, unde diffundatur in totum mundum simul p̄mittit, quæ ē reductio spiritualis totius sp̄ ritualis Israelis, De qua etiam Paulus ad Roman. xi, sic dicit, Et sic totus Israel saluus fiet, quemadmodum & Micha, capit. ij. prædixerat. Ego te Jacob totum congre-gabo etc, quæ alibi ante dixi, capit. xxij. Tunc Regnum Israel & Regnum Iuda copulabitur, ut fiat unum Regnum, quod dilatabitur a Ierusalem per totum mundū, Quemadmodum Christus dicit, Lucæ vltimo. Oportet prædicari poenitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo, in omnes Gentes, incipiendo ab Ierusalē, Esaiæ. ix. Multiplicabitur eius imperium etc, Et Seruent omnes uni Regi Dauidi, id est, CHristo ex Dauide nascituro, secundum Prophetias et dei promissiones, ut similiter diximus ex Prophetis capit. iiij. & capit. xxij.

Tunc

IEREMIAE.

CCC.

Tunc implebuntur promissiones DEI de æterno Re-
gno Dauidis.

Interim tamen dicit omnes impios & incredulos
sive Iudæos sive Gentiles, horrendo DEI iudicio peris-
turos, id est, non futuros in hoc gratiose Mesiæ Regno.

Regnum itaq; spirituale in Christo futurum præ-
dictum, quod hic incipit & in fide agit, nunquam uero ha-
bit finem, Interim secundum corpora sumus sub alijs
regibus, legibus & Politij, & sunt diuersa apud homi-
nes regna, id quod non officit Regno CHRIsti, modo
ut perfistamus in Euangelio & fide, & meminerimus,
etiam sub alijs regibus & legibus, quibus sancte obedis-
mus, nostrum πολιτευμα esse in coelis, Phil. iii.

Breuiter. Summa horum quatuor capitum est.
Propter peccata nostra incidentis in mala pessima, unde
nullo humano auxilio licebit euadere. Liberabit autem
uos sola DEI misericordia ex captiuitate Babylonica, &
benefaciet Dominus uobis resipiscientibus in terra hac,
& ueniet Regnum Mesiæ, quod non erit ut regnum
hoc, sed æternum, non legis, sed Euangelij & remissio-
nis peccatorum, & uitæ æternæ etc. Hæc itaq; omnia
dicuntur in consolationem eorum, qui uastatis Hiero-
lymis et Templo, uerebantur nunc propter peccata om-
nes promissiones DEI perire, id quod fieri non potest,
ut supra diximus, capit. xxv.

SCRIBE. Videlicet ut legantur a posteris,
& non possit negari hoc a me predictum, & ut consola-
tionem habeant pri, utq; confundantur Pseudoprophetæ
aliud predicentes. Nam non statim uentura est libe-
ratio, licet hoc dicant Pseudoprophetæ etc.

KKkk iiiij.

De-

CAPVT XXX:

DE Israel & Iuda. Nam aliqui p̄ij ex decem
ersibus coniunxerunt sese Iudeis reuertentibus in Ie-
rusalem, ut dixi ante, Sed in Eldra leguntur tantum qui
ex Regno Iuda erant rediisse in terram suam, & restitu-
ti agris suis, Alij suis terris ita restitui non potuerunt,
Samaritis omnia occupantibus. Generalis itaq; redu-
ctio Iudaeorum omnium est spiritualis, qua reducti sunt
credentes ad DOMINum Deum suum, per Euangelij
prædicationem, sicut & gentes etc, ut dictum est capit.
ij. ex scripturis, ubi & legis de terra patrum.

VOCEM TERRORIS. Sententia est,
pessima quidem patiemini nunc, sed tandem liberabo
uos, Interrogate &c. Id est, Masculi non solent parturire,
& tamen video, q; singuli manus habent super lumbos,
ut parturiens præ dolore. Hoc est, prædico, q; angustias
parturientium, id est, maximas, patiemini.

CERTE DIES MAGNVS, id est, hor-
rend⁹, cui similis non fuit, Per hyperbolēn, more hebræo,
maximam tribulationem uenturam prædictit, Quæ est au-
tem maxima tribulatio Iacob? Non illa captiuitas cor-
poralis, quæ illi populo accidit, sed desperatio sub lege, pec-
cato & morte, horrendum enim est incidere in manus &
iudicium Dei, uidere damnationem æternam, nihil pro-
desse ut libereris, agere sub Principe tenebrarum in perpe-
tua desperatione, Ut autem hanc grauissimam captiuita-
tem significaret sub figura illi⁹ captiuitatis corporalis, dix
it, Conteram iugum Eius, & non expressit, cuius Eius,
ut intelligent omnem captiuitatem soluendam, non so-
lum corporalem per Cyrum, sed etiam illam spiritualem
& maximam per Christum, secundum illud, Ascendens
Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, Id quod
manifestius

manifestius adhuc additur, Ut Ipse in eis, uidelicet uinculis, non amplius seruiat alienis Principibus & Regibus, Nam etiam post captiuitatem Babyloniam, licet in terra sua, sub alijs Regibus fuerunt, Ergo maxime hic respicitur in CHRISTum & eius Regnum, in quod non passibus corporis sed fide transimus, id quod clarissime additur. Sed seruient Domino DEO suo, & suo Regi Dauidi, quem suscitabo eis, de quo supra dictum est cap. iij. & capit. xxij. Nam secundum corpus & res huius uitæ, fideles possunt & debent esse sub alijs Regibus, Roma. xij. Quemadmodum & ipsis Iudeis dixit Christus, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei DEO.

Erit itaq; hoc Regnum non terrenum, sed Dei est, Regnum eter
& æternum. Seruient, inquit, Domino Deo suo, cui seruuntur in CHRI
uitur timore & fiducia bonitatis & misericordiae eius. sto.
Vnde uero & per quid haec fiducia sit, uidelicet, non per
Mosen siue Legem, sed per CHRISTum, in hoc Regno
mediatore inter Deum & hominem, additur his uerbis.
Et suo Regi Dauidi, Quid est enim hoc aliud, quod
Deus erit Dominus eorum cui seruant, & CHRISTus
ex Dauide erit Rex cui seruant, nisi quod tale Regnum
erit, in quo regnaturus sit Deus, non per Mosen, sed per
Christum regem? Ioan. i. Lex per Mosen data est, gra
tia autem & ueritas per Iesum Christum facta est.

Quod uero istud Regnum non meritis nostris des
betur, sed per gratiam contingit hominibus, sic additur.
Quem Ego suscitabo eis, Gratus dabo eis, uel tunc cum
omnia de posteritate Dauidis fuerint desperata, uel sub
Herode etc, secundum illud Esaiæ. xi. Egressetur uirga
de radice Isai etc, Non uestra merita, sed meas promissio
nes & misericordiam respiciam, huius habes egregium

LLII exemplum

CAPVT XXX.

exemplum, Esaiæ, viij. Vbi impio Achæ Regi & impiæ domui Dauidis promittitur CHRISTus.

At quis erit nobis fructus huius regni CHRISTi?

Libertas a peccato & gaudium conscientiarum coram DEO, id quod sic sequitur, Ideo Iacob Noli timere etc, Quia Ecce Ego, Dicitio Ego, Emphasim & Epitasim habet grauissimam, quasi dicat De⁹, Non Moses aut Lex, non uos aut uestra opera aut ulla creatura uos liberabit, sed Ego, Ego solus liberabo uos ex captiuitate, in quam longe abieci estis a Deo, Nam post captiuitatis Babylo nice solutionem, etiam alia erit solutio per Christum longæ maioris captiuitatis. Liberabo, inquit, tunc, sed sub Rege Dauide, id est, Christo, Ad securitatem conscientiarum quoq; pertinent ea que sequuntur in hac promissione, Ut reuertatur Iacob etc, Non solum ad ea bona quæ Iudæi in terris acceperunt, ut non dicam quod de cem tribus non receperunt suos agros & possessiones, quæ tamen bona ualde tenuia erant comparatione eas rum quæ hic promittuntur, & uix eorum umbra, Constat etiam quam uexati sint saepe sub alienis Regibus usq; ad CHRISTum, ut dixi, capit. xxij.

FACIAM ENIM CONSUMMATIONEM.

Omnes alios perdam, Populum autem meum, id est, credentes & Regis suo Melsiae seruientes non per dam, Alia Regna omnia habebunt finem, CHRISTI Regni non erit finis. Et tamen corripiam primum electos meos captiuitate & uxatione & terroribus conscientiarum, per prædicationem legis, ne uideantur sibi innocentes, & tales, quibus gratia quæ promittitur pro meritis debeatur, Pauperes Euangelizantur, ait Christus. Ita nostri cognitio & peccatorum nostrorum ex lege ualde

ualde necessaria est, non ex legibus Papæ et regulis Monachorum, quæ nihil sunt, alioqui ista gratia quæ hic in CHristo promittitur, non suscipitur, Insanabilis est fractura tua etc, id est, desperandum est tibi de omni auxilio, sapientia & iusticia, Ego Ego Babylonum Regem iudicabo, Tyrannos tuos opprimam, peccatum tuum, mortem & inferos auferam, Diabolum superabo, infirmitates tuas sanabo, non eris electus ut ante, sed populus receptus, ædificatus, multiplicatus in regno Dauis, Vides aperte, quod hic agitur de peccatis in Regno Dauidis, id est, Christi tollendis, quod stulti Iudæi contemnunt in Domino nostro Iesu CHR Isto, & uolunt Messiam qui avaros & ambitiosos Iudæos faciat Divites & potentes, quod moriuntur in peccatis suis non est ipsis excoecatis curæ. Non uolunt talem Messiam, quem Deus in Lege & Prophetis & Psalmis promisit, sed expectant alium, id est, Diabolum ipsum, quem iam habent Deum & Principem mundi huius.

Sententia hæc de nostrorum malorum & damnationis nostræ cognitione, est memorabilis hoc loco, quæ & multis uerbis exprimitur. Ita oportet castigari filios, sed cum iudicio, id est, moderate ne occidantur, quemadmodum pater castigare solet filios ut saluentur, non in furore ad perditionem, quemadmodum increduli castigantur, quemadmodum fures, latrones, homicidae etc, Nam iudicium incipit a domo DEI, ut diximus supra, capit. xxv.

OMNES AMATORES TVI. Nihil proderit tibi ex omnibus quibus antea confidebas. Non profuit Iudæis, quod sperabant in auxilio Aegypti, et in fœderibus aliarum gentium, Non profuit eis eorum

Interim patet
endum est uos

LLII ij religiosus

CAPVT XXX.

religiosus D E I cultus, in quem confidebant, quem ex doctrinis humanis sibi multiplicauerant. Non profuit omnis iustitia humana, quæ sine fide nihil aliud esse posset, quam Hypocris, impia presumptio & Idolatria. Hi sunt nostri amatores, quos nobis, ut meretrices querimus, derelicto uerbo D E I, per quod maritus est nobis DEVS, sed in tentatione & morte nos deserunt, id est, nihil iuuant, Tunc uidet turpis adultera se despici etc.

IDEOQ; OMNES. Petrus, Quis finis erit illorum qui non credunt Euangeli? Esaiæ. li. Ecce Ego aufero ex manibus tuis calicem uacillationis, cum fece calicis furoris mei. Non bibes eum post hac, sed das bo eum in manus spoliatorum tuorum, qui dixerunt animæ tuæ incuruare, ut super te transeat, & pone dorsum tuum in terram sicut plateam, ut pertranseat, Gratia D E O, Expectamus donec Deus ponat omnes inimicos CHR. Isti, tyrannos, peccatum & mortem, sub pedes eius, Psalmus. Cx. Confregit in die iræ suæ Reges etc.

ABIECTA VOCARIS. Hæc est grauiissima tentatio in aduersis, quando Deus nos punit, quod Diabolus & mundus & imbecillis nostra conscientia & terrefacta dictat nos non habere Deum protetorem, sed potius aduersarium & damnatorem ut in Psalmo, Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in D E O eius.

Laudatio &
Iubilatio ex
templo Hiero
sopolitanorum.

CIVITAS Ierusalem ædificabitur, & surget ex terra in altum cum Templo, uidelicet post captiuitatem Babyloniam, Et ex ciuitate & templo egreditur Laudatio & Iubilatio siue gratiarum actio, id quod legitur

legitur in Esdra, uidelicet populum audisse lectionem Legis, coluisse Deum, Sed tunc proprie perfecit Deus hanc promissionem, quando ex Ierusalem & Templo, post captiuitatem Babyloniam, emisit Euangelium C H R. Isti in totum mundum, secundum illud Esaiæ & Michæ, De Zion exhibit Lex, & uerbum Domini de Ierusalem etc, In quod templum etiam uenit Christus, secundum Prophetiam Haggei & Malachiæ. Tunc Ierusalem cum Templo dilatata est per totum mundum, & uocatur nunc Regnum Dauidis, id est, C H R. Isti, Regnum cœlorum, quemadmodum Paulus dicit Galatas, Ierusalem quæ sursum est, est mater nostra, terrena uastata est & nihil est.

FILij eius erunt, ut ante. Id est, fideles erunt, ut Abraham, Isaac & Jacob fuerunt. Ut erant sub Dauide, sic erunt rursum cum ad Dauidis Regnum, id est, ad Christum, redierint. Et de Elia, id est, Iohanne Baptista, quemadmodum exponit Angelus, Lucæ, i. scriptum est in Malachia, Ut conuertat corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres ipsorum, id est, incredulos ad prudenter iustorum. Hæc uerba, ut ab initio capitï dixi, comprehendunt etiam quicquid gratiæ illi populo accedit post Babyloniam captiuitatem, maxime quod pietatem coluerunt adhærentes uerbo D E I, donec Pharisæorum doctrina uerbum DEI rursum obscuraret ut apud nos, sed tamen etiam sub his tenebris Deus suos seruauit. Itaq; quoties ille populus poenitentia rediit ad Deum, rediit ad Regnum Messiæ, in quo eis, ut nobis, erat promissa benedictio, Nam una illorum & nostra est fides, sed nunc Regnum Messiæ per Euangelium in-

CAPVT XXX.

uulgatum est, quod tunc promissum expectabatur sub
lege paedagogico, ut ait Paulus Galatis.

VISITABO ENIM. Promissio genera-
lis pro credentibus aduersus ueritatis persecutores, Et
de Christo dicit Deute. xvij. Qui Prophetam illum non
audierit, Ego ultior existam, dicit Dominus.

Dux & Rex
Iudeorum
Christus.

Et dux eorum erit ex eis. Id est, ex stirpe &
carne eorum. Post captiuitatem Babyloniam, habue-
runt Sorobabelem, et alios postea duces & Rectores ex
stirpe Dauidis & consiliarios, secundum Prophetiam
Jacob. Non auferetur sceptrum de Iuda, & Doctor de
subsellis eius, donec ueniat Silo, sed tamen sub alienis
Regibus. Et quam misere saepe uexati sint, ne libertate
gauderent, testatur Historia Machabaeorum & Iosephi,
donec ueniret Regnum Christi credentibus Iudaeis, ac-
cepta libertate aeterna. Tunc, ut predicitur Dani. ix. con-
summata est preuaricatio, finem accepit peccatum, dele-
ta est iniquitas, adducta iusticia sempiterna, impleta ui-
sio & Prophetia, unctus Sanctus sanctorum Rex ex
stirpe Dauidis, filius Dei. Fuit Sorobabel sanctus et alij
Principes ex gratia DEI, ut hic promittitur, & sacrificas-
bant, et DEO sua sponte, id est, spontaneo spiritu & cor-
de, non lege cogente, seruiebant, id quod nemo potest,
nisi Deus dederit suo Spiritus sancto, ut hic dicitur, sed
tandem haec promissio perfecte completa est, quando
Deus sub Dauidi, id est, sub Christi regno in Iudea in-
cipiente, excitauit duces & Principes ex sanguine Iude-
orum, Apostolos & Praedicatorum, de quibus dicitur in
Psalmo. Principes Iuda duces eorum, Principes Sebu-
lon, Principes Nephthalim, Ibi Benjamin etc, per quos
Christi

CHRISTI regnum in totum mundum dilatatum est. Eadem promittuntur, Esaiæ. i. Et constitua iudices tuos ut fuerunt ab initio, & consiliarios tuos ut antiquitus, lege supra capit. iiiij. Dabit uobis Pastores etc.

Sed quid de illis dicimus? De duce ac præceptore hic dicitur, id est, Christo. Dux eorum erit ex eis, quem admodum Moses dixerat, Prophetam suscitabit tibi Deus minus de medio fratum tuorum etc. Et Micha prædictus. Ex Bethlehem egredietur dux, qui regat populum meum Israel, & egressiones eius a diebus æternitatis, id est, ab æterno fuit Deus qui in tempore ueniet ex Bethlehem, hoc est, Non habebunt Regem alienigenam, contra legem, Deut. xvij. sed ex carne Dauidis, cui promissum est Regnum æternum, id est, quod in æternum futurus esset Rex in sua posteritate CHRIsto, Esaiæ. lv. Faciam uobiscum pactum æternum, nempe certam illam gratiam Dauidis. Ecce, Ego dedi Illum testem hominibus, ducem ac præceptorem populis. Ecce Gentes uocabis quas nesciebas, & Gentes quæ non norunt te cursent ad te.

ET IPSE ACCEDET AD ME. Id Rex & Sacerdos Christus apud homines, a condito mundo. est, non solum dux siue Rex erit, sed etiam Sacerdos & Pontifex mediator inter Deum & homines, sicut Summus Sacerdos secundum Legem accedit ad DEVm in nes, a condito mundo. Sancta Sanctorum cum sanguine, quo omnia expiat, populum, Sacerdotes & librum legis, Ita Christus unica oblatione proprio sanguine aperiens æterna Sancta perrupit per mortem & iuit ad patrem, ut nos sanctificati eius sanguine, perrumpentes eum sequamur, qui uiam uitæ nobis aperuit, ut ante diximus quandoque ex Micheæ. iiij. Ascendet Perruptor ante eos etc, De hoc

LLII iiij. Christi

CAPVT XXX.

Christi Sacerdotio æterno ex Psalm. Cx. multa preclare dicit Epistola ad Hebraeos. Sacerdotes in lege dicuntur ad Deum accedere cum faciunt officium a Deo mandatum. Sic ad Ieremiam Prædicatorem dicit Deus, Iere. xv. Si adhæseris Mihi, adhærebo & Ego tibi, & manebis Prædictor meus. Et si docueris iustos, ut separant se a peruerlis, eris Doctor meus.

Et singulari Emphasi dictum est, Ipse, quasi dicat, Nullus homo, preter eum, accedit ad Me spontaneo corde, ne Sacerdotes quidem in lege, qui tamen dicuntur accedere ad Deum cum faciunt suum officium. Quia omnes homines sunt sub lege & ira Dei damnati propter peccatum, Ergo nullus homo accedit ad Deum, nullus dilit Deum, sed omnes fugiunt in tentatione a conspectu irati DEI. Si qui uidentur accedere, & facere bonum q[uod] Deus præcepit, hypocrisis est & iusticia coram mundo non coram Deo, Quia non accedunt spontaneo corde, id est, fide seu fiducia misericordiae Dei, sed coacti uel poena legis uel suo commodo, quemadmodum Iere. xxxi. dicit Deus, Foedus meum non seruauerunt & ego cogebam eos, id est, serui afflicti sub damnatione legis erant non filii liberi spontaneo corde. Hoc est quod hic apertis uerbis additur. Quis enim est qui spontaneo corde ad Me accedat? quasi dicat. Nullus, ne Sacerdotes quidem qui uidentur intercessores esse pro alijs apud Deum, Ipse accedit ad Me, sic dictum est, ut intelligas nullum hominem unquam accessisse aut accessurum esse ad Deum, nisi hunc unum æternum & Regem & Sacerdotem Christum Dominum Dauidis filium, cui dictum est. Sede a dextris meis Rex æternus, & iuratum est a Deo, Tu es Sacerdos in æternum. Sic Christus ipse dicit Io. iiij. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui

nis qui est in celo. Hæc est sententia hoc loco ualde memorabilis. Quod nullus homo accedit ad Deum spontaneo, uoluntario, ueraci & fidelis corde, Rom. iiiij. Omnes peccauerunt & uacant gloria Dei, Gen. viij. Sensus hominis & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.

At ais. Adam, Noe, Seth, Abraham, Patriarchæ, sancti Prophetæ & Sacerdotes & p̄ij homines a condito mundo etiam post lapsum accesserunt ad Deum, sua in uocatione & prædicatione sacrificauerunt Deo, et Deo accepti fuerunt, quemadmodum & hodie omnes p̄ij accedunt ad Deum. Ergo non solus CHRISTUS, accedit ad Deum. Respondeo, Verum est, Accesserunt ad Deum, sed non sine Christo. Solus Christus est mediator & reconciliator, per quem homines reconciliati DEO accedunt ad Deum, habuerunt enim etiam illi Euangeliū hoc de Christo. Semen mulieris conteret caput serpens. Sine fide impossibile est placere Deo, & CHRISTUS dicit Ioan. xiiij. Ego sum uia ueritas & uita, Nemo uenit ad Patrem, Nisi per Me. Paulus Roman. v. Iustificati ex fide, pacem habemus erga Deum & accessum ad Deum per IESVM Christum Dominum nostrum. Id quod hic sequitur.

Vos eritis Mihi populus, & Ego ero uobis Deus, populus DEI
uerus & Ec-
sto. In CHRISTO sumus Reges & Sacerdotes, potentes
contra omnes portas inferorum, & prædicatione & oratione CHRISTI.
uidelicet, in illo duce & Sacerdote filio Dauidis CHRISTI. Apostoli & alij Evangelistæ prædicatores ex Iudæis, non carne, sed Spiritu, per prædicationem sese, id est, CHRISTI Regnum, propagarunt in omnes Gentes. Hos non Lex, sed Deus ipse per
M M m m Christi

CAPVT XXX.

Christi Spiritum applicuit sibi Sacrificatores. Vnico enim Christi Sacrificio sanctificati, seipso primum sacrificauerunt sacrificio orationis siue inuocationis, & sacrificio laudis siue prædicationis. Deinde ipsi etiam sacrificauerunt Gentes DEO per Christum Euangelij prædicatione, ut Paulus dicit Roman. xv. ueri sacrificatores & spontanei per Spiritum sanctum cum omni populo suo, id est, cum omnibus illis & Iudeis & gentibus per prædicationem Euangelij ad CHRIstum conuersis, de quibus in Psalm. Cx. dicitur, Spontaneus erit populus tuus etc. De Christianorum omnium Sacerdotio & sacrifice dicit Petrus. i. Pet. ij. Ad quem Christum accedentes qui lapis est uiuus etc, lege ibi reliqua, Alioqui per naturam sub lege & peccato, dum Spiritu CHRIsti nondum sumus renouati, ut credamus Deum nobis esse propicium propter solum Christum, nemo accedit ad Deum spontaneo corde, ut sponte sacrificet & obediatur DEO uoluntarie, id est, lege non cogente, & credat remissionem peccatorum & uitam æternam sibi indignari & peccatori, quod est proprio sacrificium DEI maximum, & gloria Dei, qua omnes homines uacant, Roman. iij. Hic est enim unicus & solus DEI cultus Deum agnoscer Patrem per Christum, & in Christo coniunctum esse Deo, quemadmodum Scriptura similitudinibus uititur patris & filiorum, Regis & populi, Sacerdotis & Ecclesiæ, Sponsi & sponsæ. Siquidem Christo filio Dei fide incorporati, quid alius possumus esse quam filii Dei?

Promittit itaq; dicens, Non eritis populus Hypocriticus, ut ante, quando re eratis Diaboli, nomine uero populus Dei, propter quod Ego abieci uos. Sed eritis populus acquisitionis, gens sancta, regnum fæderiale, & Sacerdos.

& Sacerdotium regale, ut uirtutes prædicetis eius qui
uos uocauit in admirabile lumen suum, ad offerendas
hostias Spirituales etc. 1. Pet. ij.

Sed ais. Quid hic noui promittitur? Siquidem & Promissio Legis
in lege, ut Exod. xix. & saepe alias eadem promittuntur, gis.
Respondeo. Ut cœlum a terra distat, ita distat hæc pro- Promissio
missio gratiæ ab illa promissione legis. In lege idem quis Euangelij.
dem promittitur, sed cum conditione Legis, id est, si les
gem seruauerint, quemadmodum & CHRISTus dicit. Si
uis uitam ingredi, serua mandata Dei, quæ est promissio
Legis. Quæ conditio cum sit impossibilis homini, irritum
fiebat illud pactum DEI conditionale per carnem
nostram, ut dicitur Roman. viii. ut sequenti capit. mani-
festis uerbis dicitur, Pactum meum irritum fecerunt etc.
Hæc autem promissio Euangelij est sine adiecta Legis
conditione, sed simpliciter gratuita per solum Christum
si eum fide suscepimus. Nam hic multis uerbis expro-
brauit Deus populo peccata, & addidit. Nullum esse re-
medium, tantum abest ut bona merita habeat populus,
ut inde intelligatur, qualis & quæ sit hæc gratiæ non legis
promissio, quæ rata est et firma, etiam desperatis pec-
catoribus in regno DEI per Regem filium Dauidis
CHRISTUM.

ECCE T VRBO. Generalis sententia Qui non crea-
hæc est, contra omnes qui Regnum Gratiae Dei in Chri-
sto contemnunt, quemadmodum & Moses prædixit,
Qui Prophetam illum non audient, Ego ultor existam,
dicit Dominus. Omnibus promittitur, sed soli credentes
accipiunt, Rom. x. Non omnes credunt Euangeliu-
ero, Siquidem promissio DEI non aliter quam fide suscipi-
potest. Non abiecit Dominus populum suum, Rom. xi.

MM m.m ij quos au-

CAPVT XXX.

quos autem abiecit ex populo eius non sunt, id est, non sunt credentes. Hæc autem adiiciuntur, ut non sit opus disputatione, quare multos Iudeos Deus abiecerit, & multis gentes non suscepit. Nam Ipse nouit qui sunt eius, ut ait Paulus, & non omnes Iudei sunt Iudei, neque omnes Christiani sunt Christiani. Fuerunt iniqui multi post captiuitatem Babyloniam, id quod uides uel maxime in Historia Euangelica, & multi uidentur esse ex nobis, qui ex nobis non sunt, ait Ioannes in sua Epistola, his impijs Gratiae DEI contemptoribus hic damnatio nunciatur, sicut & omnibus gentibus quæ Christum non agnoscunt.

Licebit etiam hæc simpliciter intelligere de captiuitate Babylonica futura, ut & præcedentes plagas interpretati sumus, qua captiuitate & bello blasphematores DEI & Prophetarum perierunt. Sed si ita acceperis, sint hæc tibi exemplo, quemadmodum Deus omnes aduersarios Regni Mæsiæ perdere uelit.

In nouissimis temporibus.

IN NOVISSIMO dierum, id est, in posterioribus temporibus cum hæc facta fuerint, intelligatis, quod non uana uerba fuerunt. Quis alioqui ista intellegireret? Quemadmodum omnes Prophetie, creduntur quidem a pijs & expectantur, dum interim impij blasphemant & contemnunt DEI & promissiones & comminationes, sed primum intelliguntur cum impletæ fuerint, Tunc confirmat fides nostra, quando fiunt quæ Deus prædixit. Hoc est qđ Christus dicit in Ioanne. Hoc prædixi uobis, ut cum factum fuerit, creditis, id est, confirmetur tunc fides uestra, quam in spe ante habebatis. Proprie autem quod dicit, In nouissimo dierum, intelligendum est de turbine nouissimæ uastationis per Ro-

manos,

manos, quando non solum a terra sua abieci sunt Iudei,
sed etiam a Deo, ut amplius non sint populus Dei, sed
populus Diaboli, nisi reuertantur fide ad regem suum
David, id est, CHRISTum. Nam post illam captiuitatem,
in qua fuerunt iam mille quingentis annis, non acceperunt
runt promissionem a Deo redeundi, sicut in captiuitate
Babylonica acceperunt promissionem, quod post septuaginta annos essent redituri. Compleuit itaque Dominus
furem suum contra contemptores Iudeos, occisores
Prophetarum & CHRISTi Regis sui, quando nouissima
vastatione per Romanos eos a se abiecit, quemadmodum
per Mosen, in Deuteronomio et in Leuitico, eis commis-
natus fuerat.

CAPVT XXXI.



N eodem tempore, dicit Dominus, Ego Deus omnibus cognationibus Israel, & Ipsae erunt Mihi populus. Sic dicit Dominus. Populus qui reliquis mansit a gladio, inuenit Gratiam in deserto, Israel uadit ad requiem suam, Dominus apparuit mihi in terra longinqua. Ego perpetua dilectione dilexite, ideo attraxi te Mihi ex mera Gratia. Age Ego reaedificabo te Virgo Israel ut sis uere ædificata. Adhuc tympana percuties cum gaudio, & exibis ad choream. Rursum ædificabis uineas in montibus Samariæ, plantabitur & fistulis

MMmm iii cantus

CAPVT

XXXI:

cantabitur. Quia erit tempus , quando Custodes
et montanis Ephraim clamabunt. Surgite ascenda-
mus ad Zion, ad Dominum Deum nostrum.

Quia sic dicit Dominus. Clamate super Ia-
cob cum gaudio, & Iubilate super Caput inter
Gentes, exaltate uocem, prædicate & dicite. Salua
Domine Populum tuum reliquias Israel. Ecce
Ego adducam eos ex terra Aquilonis. Et congre-
gabo eos a finibus terræ & cæcos & claudos &
parturientes & puerperas, ut huc magno numero
reuertantur, Flementes & orantes uenient, & Ego du-
cam eos. Ducam eos iuxta torrentes aquarum, ut
non impingant. Sum enim pater Israelis, & Ephra-
im est primogenitus meus.

Audite Gentes uerbum Domini, annuncia-
te hoc in Insulis longinquis, & dicite. Qui disper-
sit Israel recolliget ipsum, & curabit eum, ut Pa-
stor gregem suum, Redimet enim Dominus Ia-
cob, & eruet eum ex manu Potentis, & uenientes
iubilabunt in Excelso Zion. Et accumulabunt se
ad dona Domini, uidelicet ad frumentum, mu-
stum, oleum, ouiculas & boues, ut sit anima eorum
sicut hortus irriguus, & non amplius sollicita. Tūc
letabuntur virgines in chorea, preterea iuuenes ui-
xi & seniores simul. Ego enim uertam luctum eo-
rum in

IEREMIAE.

CCCVIII.

rum in gaudium, & consolabor & laetificabo eos
post ipsorum tristiciam. Et replebo animam Sa-
cerdotum exultatione, & populus meus satiabitur
donis meis, dicit Dominus;

Sic dicit Dominus. Auditur in excelso uox
plangentium & fletus amarissimus, Rachel plorat
filios suos, & non admittit consolationem de filiis
suis, quia extinti sunt. At Dominus sic dicit. Ces-
sa a clamore & fletu & lachrymis oculorum tuo-
rum, quia est merces operi tuo, dicit Dominus, Re-
uertentur de terra inimicorum, & manent multa
bona posteritatem tuam, dicit Dominus, Reuer-
tentur enim filii tui in terram suam.

Vere audiui lamentationem Ephraim. Ca-
stigasti me & castigatus sum, ut uitulus lascivus.
Conuerte me & conuertar, tu enim Domine es
Deus meus, Quando conuertebar agebam poenitentiam,
quia postquam eruditus sum, percutio-
femur meum. Confusus sum & erubesco, patior
enim ignominia adolescentie mee. Nonne Ephra-
im est preciosus Mihi filius, & puer desiderabilis?
Memini enim quid promiserim ipsis, ideo miseri-
cordia tangitur cor meum erga ipsum, ut uere mi-
sercar eius, dicit Dominus.

Erige tibi signa & constitue tibi memoriam
luctus, & dirige cor tuum ad uitiam stratam in qua

MM.m m iiii Ego.

CAPVT XXXI.

Ego ambulaui. Reuertere filia Israet, reuertere ad
hasce ciuitates tuas. Quousq; te auertes filia deser-
trix: DOMINVS ENIM CREABIT
NOVAM REM IN TERRA. FOEMI-
NA CIRCVMDABIT VIRVM.

Hoc dicit Dominus Zebaoth Deus Israet.
Adhuc dicetur hoc uerbum in terra Iuda & ciui-
tibus eius, cum uertero captiuitatem eorum. Do-
minus benedicat tibi tu habitatio iusticie, tu Mons
sancte. Et Iuda cum omnibus ciuitatibus suis ha-
bitabit ibi, & agricolæ, & qui mutant loca cum
grege suo. Ego enim reficiam animas lassas, & so-
licitas animas saturabo. Iccirco Euigilaui & su-
spexi, ubi suauiter Dormieram.

Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, ut perse-
minem domum Israet & domum Iuda semine, ui-
delicet & hominibus & iumentis. Et sicut uigilaui
super ipsos, ut extirparem, lacerarem, uastarem,
perderem & punirem, ita uigilabo super ipsos, ut
ædificem & plantem, dicit Dominus. Tunc non
amplius dicetur. Patres comedenterunt inmatura, &
dentes filiorum stupescunt. Sed unusquisq; pro-
pter suam iniuitatem morietur, & quisquis co-
mederit inmatura, eius dentes stupescerent.

Ecce

Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, quando faciam cum domo Israel & cum domo Iuda Fœdus nouum, non ut erat fœdus, quod pepigi cum patribus ipsorum, quando appræhendi manum ipsorum, & eduxi eos ex Ægypto, quod fœdus ipsi non seruauerunt, et cogebam eos, dicit Dominus. Sed hoc erit fœdus quod faciam cum filiis Israel posthac, dicit Dominus. Dabo legem meam in corda eorū, & in mentem eorum scribam eam. Et ipsi erunt populus meus, Egoq; ero Deus eorum. Et nullus docebit alium, aut frater fratrem, ut dicat, Cognosce Dominum. Quia cognoscent Me omnes & minimi & maximi, dicit Dominus, quia remittam eis iniquitates ipsorum, & non recordabor amplius peccatorum ipsorum.

Sic dicit Dominus, qui dat diei solem ut sit lumen, & lunam atq; stellas secundum ipsarum ordinem nocti, ut sit lumen, qui commouet mare, ut sonent fluctus eius, Dominus Zebaoth est nomen eius, ubi perierint tales ordinationes coram me, dicit Dominus, tunc etiam peribit semen Israel, ut non sit ultra populus coram Me. Sic dicit Dominus. Quando superne mensurari poterit cœlum, & deorsum inuestigari fundamenta terre, tunc abiçiam uniuersum semen Israel, propter omnia quæ faciunt, dicit Dominus.

NNnn

Ecce

CAPVT

XXXI.

Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, ut ædifi-
etur Ciuitas Domini a turre Hananeel usq; ad
portam angularem, Et inde latius regula mensu-
ræ exibit usq; ad collem Gareb, & dirigetur uer-
sus Gaath. Et tota area cadauerum & spacium ci-
neris cum toto agro mortuorum usq; ad torren-
tem Kidron, usq; ad angulum portæ equorum,
uersus orientem, Sanctum erit Domino. Hoc non
uiolabitur neq; vastabitur in æternum.

Post Babyloni-
nicam capti-
vitatem bene-
ficia Dei erga
populum, ma-
xime tandem
per exhibitum
Christum.

Hec est læta solutio captiuitatis post septuaginta an-
nos, postea uero lætissimum Euangelium Christi super-
Iudeos & Gentes, Verum quemadmedium Israelitæ non
aceperint corporaliter, post septuaginta Babylonicae ca-
ptiuitatis annos, ea quæ hic promittuntur omnia, usq; in
hunc diem, etiamen hasce promissiones Dei fœlicissime
impletas nunc dicam, Memineris uero, quod in fine præ-
cedentis capituli dixit Deus, In nouissimo dierum, id est,
ubi abiecero populum hunc ut amplius non sit populus
Dei, quemadmodum Deus horrende comminatus fue-
rat in maledictionibus Deut. xxvij. & Leuit. xxvi. Illa
nouissima abiectio et completa ira DEI facta est per Ro-
manos, postquam non habent aliquam DEI promissio-
nem de reducendo, & iam mille quingentis annis agunt
nō in aliqua captiuitate corporali, quemadmodum nunc
ipſi mentiuntur, sed libere uagantur per orbem, a suis ter-
ris & a DEO abiecti populus Saranæ, quemadmodum
Deus contemptoribus, & prophetarum & Christi occi-
soribus, comminatus fuerat, & Esaias cap. xxxiiij. dixerat
futurum, ut ille omnes maledictiones completerentur in
illo.

Illo maledicto populo contemptore, Sic enim ait. Quæ
rite in libro Domini, nihil illorum defuit &c, id est, omnia
uos increduli videbitis impleta contra uos quæ Do-
minus in Mose prædixit, Dicit itaq; in nouissimo dierum
cum uos Dominus, sine spe redeundi, ita abiecerit, ut non
amplius sitis Populus DEI, uagi in mundo, maledicti a
DEO & ab hominibus, desperati, mendaces, blasphemari
&c, tunc intelligetis, quæ nunc intelligere non uultis, tur-
binem Domini venientem cum furore, terribilem tem-
pestatem cadentem vobis impijs super capita vestra, fu-
rentem iram Domini, & non desinentem, donec efficiat
quod comminatus est. Si autem maledictiones siue com-
minationes DEI implebuntur impijs verbi DEI contem-
ptoribus, ut tandem videant Deum esse ueracem uel in
poenitentiis suis, necesse est & Dei benedictiones siue promis-
siones Impleri credentibus & uerbi DEI amantibus, ut
Deus & in his Euangelijs promissionibus uerax inuenia-
tur, sicut in legis comminationibus, quemadmo dum psal.
li. dicitur. Ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum
iudicaris. De promissionibus non legis sed Euangelijs
gratuitis in hoc capite audis. In illo, inquit, tempore, uel
in eodem tempore, uidelicet in nouissimo dierum, quan-
do uehementi turbine, furore & terribili tempestate, ab-
iecero omnes impios, contemptores & incredulos Israeliti-
tas & Iudæos, qui nunquam fuerunt populus DEI, nisi
per hypocrisim & mendacium, qui nunquam fuerunt co-
ram Deo filij Abrahæ, uel filij Israel, etiamsi secundum car-
nem & sanguinem essent, Rom. iiiij. Rom. ix. &c. Iohannes
Baptista dicit, Potens est Deus de lapidibus istis susci-
tare filios Abrahæ. Tunc, inquit, non ero Deus absq;
Populo Israel, sed Ego Deus omnibus cognationibus Is-
rael, & ipsæ cognationes erunt Mihi populus, id est, cres-

NNnn ñ dentes

CAPVT XXXI.

dentes filij Dei, abiectis impijs Israelitis &c. quæ nunc audies ex ore Dei in uerbis Ieremias Prophetæ, quæ incæperunt quidem uel tenuiter impleri quibusdam Iudeis post solutam captiuitatem Babyloniam, sed per Christum primum perfecta sunt & perfecte impleta, ut & ante ex scripturis talia quandoq; diximus & non semel in hoc Propheta.

ERO DEVS OMNIBVS COGNATIONIBVS ISRAEL.

Eandem promissionem supra dixit his uerbis. Et uos eritis Mihi populus, Ego ero uobis Deus. Et manifeste uides testamentum nouum promitti, Quia dicit in illo uel in eodem tempore, quasi hoc nihil sit, quod antea illius populi Deus dicebatur. Nam conditio impossibilis adiecta erat, uidelicet hæc, si legem seruarent, ut supra diximus.

Etiam Israeli reducio prominitur id est, decem tribus. Quod autem addit. Omnibus cognitionibus Israel, & Ipsæ erunt Mihi populus, id est, non soli tribui Iudeæ & Benjamin, quæ post septuaginta annos restitutæ sunt suis terris, Item quod postea etiam totius Jacob & Ephraim & Samariæ meminit, in hac Gratiae promissione, certo ostendit se ampliorem et maiorem solutionem captiuitatis, quam illius Babyloniam promittere, Nam decem tribus non sunt ita restitutæ suis sedibus & terris ut duæ, Harum enim duarum tribuum terra septuaginta annis perpetuum egit sabbatum, ut habet Historia, Illarum autem terra, ducentis annis ante solutam captiuitatem Babyloniam, Samaritanos acceperat, qui & ibi permanserunt, ut uides etiam in Historia Euangelica.

Populus:

IEREMIAE. CCCXI.
POPVLVS QVI RELIQVVS.

Historiae ueteris meminit, quando perierunt omnes ui-
tri, qui egressi fuerant ex Aegypto, ut dicitur, Nu. xiiij.
& tamen reliquis populus gloriose occupauit terram
promissam, ingressus in requiem suam. Ita & nunc po-
pulus Israel relictus post gladii afflictionem, uadit ad
Requiem suam. Verum ista corporalis aliquorum tan-
tum ex Israele reuersio, uix est umbra illius Requie,
quaet hic toti Israeli (ut & ex Michæ. iiij. audisti) promittis-
tur. De qua Requie in terra sancta lege Epistolam ad
Hebræ. capit. iij. & .iiij.

DOMINVS APPARVIT mihi.

Sic loquitur in persona populi liberati, Ut olim in Ae-
gypto, ita & nunc in dispersione captiuitatis siue in ter-
ra longinqua, quod abiectus sum a Regno Dei siue a ter-
ra sancta, apparuit mihi Dominus, id est, Eius beneficia
& liberationem uidi & sensi. Atque haec est Prophetica
confessio siue gratiarum actio de futura liberatione.
Abiectis, & longe propter peccata abiectis apparet Do-
minus, ne sibi merita humana fингant, & Gratiam DEI
non agnoscant. Id quod manifestis Dei uerbis, quasi di-
uino aliquo Dialogo, ita sequitur.

EGO PERPETVA CHARitate dilexit te, id est, etiam tunc te dilexi, quando percussi &
abeci, Maxima quidem haec est Gratia, si quis interim,
dum abiici uideatur, istud uideret. Sed tunc nihil aliud
quam furorem & iram Dei sentimus, dicentes, Domine
ne in furore tuo arguas me etc, quemadmodum de di-
sciplina Domini erga filios docet Epistola ad Hebræ. ca-
pit. xij. Si autem diligit cum inimici sumus, multo magis
NNnn iij. diligit

legit nos in
Christo ab eo
terno ante
mundi confis-
tutionem.

CAP VT XXXI.

diliget reconciliatos, ut etiam Paulus argumentatur Roman. v. Elegit autem & dilexit nos ab æterno ante constitutionem mundi in CHRISTo, Ephe. i. Ideo, inquit, atra xi te Mihi ex mera Gratia, id est, non tuo merito, quod malum est, Recepit te, licet abiectam ante ut adulteram etc, lege Ephe. v. de gloriosa Ecclesia. Mundans, inquit, eam lauachro aquæ in uerbo etc,

AGE EGO REÆDIFICABO.

Id est. Reducam te ad Me, diuitem & fœlicem faciam te. Estq; hæc metaphora ædificationis vulgaris in scripturis, Cuius contrarium est destruere & perdere & omnē auferre fœlicitatem, Esaiæ, xl ix. Ecce in manibus meis depinxi te, muri tui coram oculis meis sunt semper, uenerunt ædificatores tui, destruentes & dissipantes te, a te exhibunt, Paulus. ij. Corinth. xij. Dominus dedit nobis potestatem in ædificationem non in destructionem:

Dona DEI
sunt, in pace
bene habere
& gaudere.
Timo. 4. Cum
gratiarum a-
tione,

AD HVC TYMPANA. Hæc recte sunt dona D E I, quæ Monachi & Anabaptistæ peccata iudicant, uidelicet quando uirgines exeunt ad choreas honestas, & pueri nostri ludunt in plateis, id quod tempore belli non licet. Hæc pax igitur cum gratiarum actione agnoscenda est esse donum D E I, quando licet colere artes pacis, dicere ius, constituere & bene ordinare Politias, erudire iuuentutem, predicare Euangeliū, curare omnem honestatem & rem familiarem, Non est hoc dono abutendum, ut obliuiscamur Deum & præcepta eius, quemadmodum illi de quibus in Psalmo canitur, Quorum filij sicut nouellæ plantationes etc, Beatus dixerunt populum, cui hæc sunt, at beatus est populus cuius Deus est Dominus, Itaq; hic tempus pacis describit,

Scribit, quam pacem promittit eis post captiuitatem Basiliensem in terra Canaan, quam ante possederant. Verum quam tenuis illa externa pax, non toti Israeli, sed reversis illis ex captiuitate fuerit, & quam saepe interturbata, testis est primum historia Esdræ & Neemiae, deinde & Machabæorum historia & Joseph.

Quam quæso pacem habuerunt Herode alienigenæ pax promissa na occupante Regnum? Et si hic non tantum Iudaicos in Christo esse rum Rabinorum more, respiciamus in externam pacem, impleta. sed etiam & multo amplius, ut debemus, in pacem illam ueram, uidelicet conscientiarum coram DEO, quæ pax quæso, tunc esse potuit, quando rursum conscientiae coepserunt uexari traditionibus humanis, & omnia uastari doctrinis Pharisæorum & Saducæorum? De qua misera sed spirituali captiuitate Pharisæica, post alias corporales captiuitates futura, conqueritur Dominus Esaïj, ut alibi ante dictum est, ut nostri hodie non in Turcas abducti sunt, aut alio, sed captiui tenentur ignorantes per falsam doctrinam sub Ecclesiæ nomine. Alij iam uident suam captiuitatem ex reuelato Euangeliō Christi, sed tyrannide præmuntur Principum & Episcoporum, insanas doctrinas defendantium, prohibentium uerum cœnæ Dominicæ usum, & cogentium ad sancti Evangelij Christi abnegationem.

Vbi ergo est illa insignis pax, quæ toti Israeli hic promittitur futura in terra ex qua eieci sunt? Respondeo, quemadmodum ante dixi, Deus post septuaginta annos, soluta captiuitate, coepit eis benefacere in terra sua, & defendit eos uel in medio aduersariorum, Ne autem illæ gloriose promissiones crederentur nihil aliud uoluisse, quam hoc tam tenui erga duas tribus beneficia, & temporale & corporale, cum tamen plus promitterent

CAPVT XXXI.

terent manifesta uerba, permisit Deus ut & externis & internis saepe obruerentur malis, ut scirent fideles (nam alij interim blasphemabant) Gratiam promissam iam aliquo modo post ceptiuitatis malum coeptam longe meliori modo quandoq; perficiendam toti Israeli, pace æterna, id quod factum est per Christum etc.

Quemadmodū Dauidi promissum erat de Christo, & simul etiam interim gloria promittebantur de Salomone, Ne autem stulte crederetur omnes illas promissiones in Salomone completas, cum tamen talia promitterentur de filio Dauidis. ij. Regum. vii. quæ de Salomone intelligi non possunt, permisit Deus sapientissimum Salomonem fieri stultissimum, ita ut ædificaret etiam Idolis Gentium templa propter mulieres alienigenas. Abstulit etiam & pacem ei Deus, & fecit post mortem eius ut scinderetur Regnum in duo. Tunc alterum Regnum maior pars populi penitus auertebatur a Deo, donec abiiceretur in Assyrios. Alterum autem non meliora faciebat, nisi sub paucis Regibus, donec abiiceretur cum suo populo in Babylonem, ut scirent fideles longe aliam gloriam, non mundi, quæ in Salomone summa erat, expectandam in filio Dauidis, id est, CHRISTO, secundum promissionem.

*Nota de re-
duktione Israe-
lis, quam om-
nes Exposito-
res negant.* Aduerte uero & hic, quod duæ tribus cum abi-
ctione Israe-
litur in Babylonem, promissionem propheticam a Deo
accipiunt, quod Deus reducturus sit eos post septuaginta annos, ut compleat postea quæ de CHRISTO promissa erant in illis terris, Ideoq; expectare potuerunt, ut rursum acciperent suas illas terras, instituerent suas Politias, & in templo cultum DEI, colerent suos agros & vias etc, Interim uero iam centum triginta annos abierat decem tribus (quæ uocantur Regnum Israel, Regnum

IEREMIAE.

CCCXIII.

gnum Ephraim, Regnum Samariæ) in quasdam ciuitates Mœdorum per Regem Assyriorum, non habent certas promissiones de reducendo, uel quod essent restitutæ suis terris, nisi illas generales ex lege, quæ habebat conditionem Legis adiectam, si ex toto corde redirent ad Deum & ad legis Dei obseruationem, ut Leui. xxvi. Donec erubescat incircumcisæ mens eorum, Tunc orabunt etc, Et Deut. xxx. Cum ergo uenerint super te etc, Et illas promissiones ex Olea & alijs Prophetis, de Israele restituendo in Regnum, non Samariæ, sed Dauidis, sine certi temporis præscriptione. Quas promissiones impij facile aut negligebant, aut etiam contemnebant, ut desperantes post tanta tempora, maxime cum tales Prophetas non haberent, quales Deus dedit duabus tribus in Babylone. Quis enim non negligit DEI promissiones, quando non adsunt sancti et fideles Dei Prophetæ siue Predicatores? Quid uero sperarent de Christo, licet promisso, quando alijs promissiones de Christo nunc irridebant, alijs autem inanes factas, propter peccata populi, somniabant, ut etiam num nostri Iudæi insaniantur? Non autem nego inter eos quosdam pios fuisse, qui expectarint redemptionem, & eam suis filijs & amicis inculcarint, ut de Tobia legitur, sed hi quam contempti inter ipsos fuerint, eadem historia declarat.

Itaq; sine spe redeundi abiecta sunt decem tribus.
iij. Reg. xv. & xvij. Et ne rursum possent Regnum Samariæ siue suum illud Regnum Israel, siue Ephraim, & Politiam & sua damnata sacra sperare, subrogati sunt eis in Samariam & Samariæ ciuitates illi gentiles, qui ex loco postea uocati sunt Samaritani. Non egit ibi terra Sabbatum siue uacationem, ut in Regno Iuda sub captiuitate, Quia huc, id est, ad Regnum Iuda erant duæ tribus res

CAPVT

XXXI:

bus restituenda ad sacra D E I, ad suas Politias, ad suos agros & possessiones, ut uidebis etiam capite sequenti.

Cum uero, publico edicto Cyri Regis Persarum, facta eset omnibus Iudæis redeundi potestas & libertas, ad ædificandum Dei templum Hierosolymis, redierunt qui ex Iuda & Benjamin erant, & Sacerdotes & Leuitæ, & omnes quorum suscitauit Deus spiritum, ut scribit Eldras, capit. i. quibus sine dubio quidam timentes Deum ex decem tribubus se ultro addiderunt, sanctæ patrum religionis percupidi. Multi postea, ubi antiqua religionem rursum in terra sua florere uidebant, ita paullatim redibant, ut non solum aliqua loca in Samaria, ubi per Samaritanos licebat, sed etiam totam Galilæam, & loca trans Iordanem, quæ uocatur terra Gilead, siue Gasaad, & alia qua itur ad Tyrum & Sidonem occuparint, ut uel historia Euangelica testatur, Matthæi. iiiij. Marci. iiiij. Ioan. iiiij. etc. quæ loca ante per Mosen & Iosua ad decem tribus ordinata fuerant, & ad Regnum Israel, post mortem Salomonis, pertinebant. Sic autem reuersi constissime habitabant, id est, non secundum tribus & secundum ordinem, quo Iosua distribuerat illas terras, sed promiscue, ut sua quisq; loca & aliquem agrum primum potuit occupare. Nam paternos agros non potuerunt recipere, ita & ut etiam cum eis illic quidam habitarent ex Iuda, qui forte serius redierant ex captiuitate, quem admodum legis de Maria uirgine & Joseph, quod habitauerint in Nazareth, Luc. iiij. ubi & hoc legis, quod singuli ibant in suam ciuitatem ut profiterentur, Quibus uerbis clare significatur, plures tunc non habitasse in sue fortis aut suæ tribus ciuitatibus. Neq; etiam Principes postea ex se habuerunt, multo minus illa gloriofa Templa & damnata ante captiuitatem sacra, sed regebantur a Principiis.

IEREMIAE.

CCCXIII.

a Princibus uiris, qui erant in Iuda, & a Sacerdotibus
& Leuitis, & ibant singulis annis, secundum Legem ad
Templum Hierosolymorum.

Si corporalia spectas in decem tribubus, id est, in
quibusdam ex decem tribubus sic reuersis, eadem habu-
erunt & habere potuerunt inter Gentes, ex quibus re-
dierunt, & nunc melius habebant impij Samaritani, quā
ipsi Israelitae ex decem tribuum Regno, Et tamen uel
hæc magna Gratia erat eis, quod ita reuertebantur ad
Deum patrum suorum, qui a Iudeis tunc coli uolebat in
illa terra & in illo templo Hierosolymorum, qua de re
aliqui Psalmi facti sunt: Quemadmodum apud nos ma-
gna Gratia est & beneficium Dei cum gratiarum actio-
ne suscipiendum, quod illuc agimus, ubi syncere prædi-
catur Euangelium Christi, & uerus usus traditur Sacra
mentorum, Non potest fieri ut ibi non sit templum Dei,
id est, populus per Christum sanctus etc, Maxima uero
erat eis gratia, quod multi ex eis CHRISTum in suis illis
terrīs in carne presentem suscepérunt, sicut & multi ex
duabus tribubus, ut habet historia Euangelica & multo
magis historia Actorum Apostolicorū declarat illuc ab
eis Christum iam glorificatum, suscep̄tum, Et ut mireris
Dei clementiam in Christo, Christus illuc primum cœpit
prædicare & sanare Iudeos electos, ubi primum facta
erat olim uastatio per Assyrios, ut legis Matthæi. iij. ex
Esa. ix. ut uideas tunc eos uera cœpisse reduci ad De-
um, qui a Deo abducti fuerant, reductione illa perfecta
qua hic in Ieremia promittitur.

Alij omnes, qui erant ex electis Israelitis & ueris
Abrahæ filijs, Christum, in alijs suis locis, quō erant dis-
persi inter Gentes, suscepérunt per Euangelij prædica-
tionem, quæ est reductio spiritualis & uera reductio, si-

O O o o ij ne qua

CAPVT XXXI.

ne qua illa corporalis plus obfasset, ut certe obfuit imp̄is Iudaeis, qui etiam postea Christum non suscepérunt, sed crucifixérunt, Quemadmodum Zacharias Propheta monet reuersos ex captiuitate ut reuertantur ad Deum. Abducti a Deo per infidelitatem siue impietatem & contempnum, quomodo possunt reduci ad Deum nisi per fidem? De hac spirituali reductione Israelis dixi supra cap. iiiij. Iudei tunc erant dispersi non solum apud Assyrios & Persas, sed etiam prope Iudeam in Idumaea, Arabia, Syria &c. Deinde etiam in Asia, Aegypto, Italia &c, ut uides Acto. iiij. & in toto libro Actorum Apostolicorum, Ita multiplicauerat tunc Deus illum populum reliquias ex carne Israel, Ex quibus multi indurati ubiq̄ Euangelio resistebant, quidam autem crediderunt. Atq̄ hi agnita sua in Christo libertate, nihil postea moratis sunt reductionem corporalem, Et ne hanc aliqui necessariam sibi facerent, & hoc scandalum obfasset etiam credentibus Gentibus, quasi omnia Iudeorum sacra adhuc essent integra, Deus per Romanos uastauit illic omnia, ut non maneret lapis super lapidem, quemadmodum Christus prædixerat.

Factum itaq̄ est unum Regnum credentium Israe^litarum & credentium Iudeorum, sub uno Rege Christo, per quas noua Ierusalem, nouum templum, nouum Regnum Iudeorum credentium dilatatum est in omnes Gentes per totum mundum. Quæ Gentes & ipsæ per fidem factæ sunt filii Abrahæ uiri Israelite, Rom. iiiij. & ix. suscitati non ex carne Abrahæ, sed ex lapidibus, ut Iohannes Baptista ait, Qui ex lapidibus suscitantur, certe ex carne Abrahæ esse non posunt, ettamen sunt ueri filii Abrahæ, quos non Abraham carnali propagatione fecit, sed Deus ipse suscitauit, Iohan. i. Quotquot suscepérunt Regem

gem Iudæorum, dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs
qui credunt in nomen eius.

Hanc gloriam creditum Iudæorum (quid enim
Deo cum impijs & incredulis) nostra Iudaica fex, pro-
genies uiperarum, hodie contemptam ducunt, & postu-
lant ut in his & similibus scripturis pompam carnis & glo-
riam mundi ostendamus per Iesum saluatorem ipsis exhibi-
tam, non uidentes cæci, quod hac ratione suas scriptu-
ras faciūt falsas, dum nihil tale, quale ipsi somniant ex hoc
Propheta & alijs, ostendere posunt unquam duodecim
tribubus a Deo exhibitum.

Hæc ergo quæ diximus ex historia de reductione
etiam corporali multorum ex decem tribubus Israël, sumo-
me notabis tibi, Quia nullus fere expositorum hæc atti-
git, Tantum dicunt omnes de spirituali reductione, quæ
fide in Christum exilibus Israelitis facta est, ut omnibus
nobis, Et simul manifeste negant Israelem, id est, decem
trib⁹ reductas esse, contra pmissiōes dei, quas hic et alibi
legis, Nam non solum hic dicitur q̄ reuerten̄, id q̄ intelli-
gi posset de uera reuersione ad Deum, sine qua omnes re-
uersiones sunt uanæ, sed etiam qnod agent in terris Sama-
riæ &c, ut confirmentur & præstentur etiam illas, que eis
in illis terris de Christo & Christi corporali præsentia &
de initio vulgati in terris Regni Christi promissa sunt.
Siquidem, ut ait Paulus, Christus factus est minister cir-
cumcisionis, ad confirmandas promissiones patribus fa-
ctas, Et primum cœpit se manifestare in Galilæa & alijs
locis decem tribuum per prædicationem & miracula, li-
cet nasci uoluerit in loco duarum tribuum, secundum pro-
phetiam Miche in Bethlehem, ibi ab angelis prædicari
pastoribus, manifestari Magis, Simeoni, Hannæ, & per
hos alijs etiam in templo Hierosolymorum. Vbi uero su-

O O o o iij um

CAPVT

XX XI.

um Regnum per Euangeliū & miracula, manifestare
in Galilæa, ut dictum est, cōperat, atq[ue] adeo regnare non
mundi Regno, abiit æternus & Rex & Sacerdos (psal.
.cx.) in Ierusalem & Iudæam, ut dicitur. Ioh. iiij. & asseruit
illud templum Dei esse domum patris sui. Quo manifeſteſte ſe filium DEI confefſus eſt, Et hac autoritate eieciſe
templo ementes & uendentes, ut filius Dauidis, ut filius
Dei, ut Rex & ſummus Sacerdos, breuiter, ut Mefſias il-
le in lege & Prophetis promiſſus. Ibi tum multi credideſ-
runt in eum propter miracula quæ faciebat. Nec contem-
piſit Samaritanos in Regno decem tribuum habitantes,
ubi reuertebatur ex Iudæa in Galileam, ut dicitur. Ioh. iiiij.
Ne quis diceret, non ubiq[ue] in illis terris patrum illuxiſſe
Christum, ſolem iuſtiſiæ. Nam promiſſum erat Christum
non ſolum ad Iudæos, ſed etiam ad illas terras, quas pa-
tres Iudæorum poſſederant, uenturum, hac ratione & Sa-
maritani uſcipiuntur.

Quod autem Christus Apoſtolis mandat, ne ad Gen-
tes & Samaritanos eant, p[ri]mum, ſecundum promiſſio-
nem ſuos Iudæos honoratos uoluīt. Post resurrectionem
autem dixit. Ite docete omnes Gentes in orbem uniuero-
sum &c. Quemadmodum & Paulus Antiochiae Iudæis
dixit. Vobis oportebat p[ri]mum loquiuerbum DEI, ſed
quoniam repulistiſ illud, & indignos uos iudicatiſ uitia
æterna, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit
nobis Dominus in Eſaia &c.

Stulti Iudei
Gloriam diui-
nam quam
Christus eiſ
oſtendit, con-
temnuſ etc.

Hanc Gloriam filij Dei, filij Dauidis, ueri Mefſiae
Dominī nostri Iesu Christi, in illis Iudæorum tetris cor-
porali præſentia ſic effulgentem, qua reuelatur nobis per
Euangeliū pater, & eduntur diuina miracula, per quam
cæci uident, claudi ambulant, mortui resurgunt, pauperes
euangelizantur &c. Stulti Iudei, quaſi nihilum, contem-
nunt,

nunt, id quod etiam hodie posteri eorum faciunt. Quia non uident in Christo Domino nostro, aurum, argentum, phaleras equorum, strepitum armorum, multitudinem militum pompam & potentiam mundanam. Et ipse risdens eorum somniatam gloriam, nascitur in stabulo, ponitur in praesepi, pauper educatur, uadit pedes, pauperum socius, qui & tandem equitat super asinum, & crucifiguntur ut latro. Hac specie insipientium oculi obscurabantur, & hodie requirunt gloriostum Messiam, Illum autem aiunt suum non posse esse Messiam, qui tam pauper apparuit & despectus. Sed non uident cæci, Illum ipsum salvatorem nostrum non potuisse esse Messiam, si aliter apparetisset, & uenisset, Quia talis, & non aliis, erat in scriptis promissus, Vnde fit, ut ex eorum contemptu etiam fides nostra corroboretur, qui uideamus sic uenisse Christum, quemadmodum erat promissus in prophetis, & illos adhuc expectare, non DEI promissionem, sed suum somnium, ut nunc taceam hebdomadas Danielis & alia, ut etiam nunc non dicam, quod hodierni Iudæi non solum sunt impij & miseri, sed etiam ualde ridiculi dum expectant Messiam. Quia post tantum tempus & miserrimam dispersionem, ignorant ex qua tribu quisque sit, & dum aliud dicunt fingunt tantum & mentiuntur, Nam si post septuaginta annos, quidam sacerdotes abrogatis sunt quod non potuerint probare se esse ex stirpe Aaron, ut dieitur i. Esdræ ij. unde nunc queso Iudæi probarent sacras genealogias? Ex qua ergo tribu expectant suum Messiam, quando nunc tantum Iudæos se esse sciunt, tribus discernere non possunt? Immo ne sciunt quidem nisi ex carne Abrahæ sint, ut probauit in quatuor priora capitulo Matthæi scribens,

Oooo iiiij. Verum

CAPVT

XXXI.

Verum intueamur Gloriam Domini nostri IESV
CHRISTI etiam secundum carnem in terris Iudeorum,
coram exhibitam. Dicant Iudei, quorum Regum aut
Principum Gloriam uelint conferri, aut, ut somniant,
preferri Gloriam Christi apud eos in terra agentis. O
mitto prædicationem Gratiae, quæ est nostra salus. O
mitto illa, quæ illi abominantur despecta in CHRISTO,
quæ sunt premium nostræ redemptionis, hoc tantum di
cam, Sanitates uerbo reddebat, mortuos suscitabat, spis
ritibus imperabat, uentos & mare suo mandato sedabat,
Hæ scilicet non sunt diuitiae, gloria, & potentia? Sapientia quoq[ue] erat ita admirabilis, ut uel doctissimos ad
uersarios saepe uerterit in stuporem, Nemo vnuquam fu
it aut est, aut erit iustior, fortior, sapientior, dicitior, qui &
Regnum & uitam æternam dat creditibus. Quid est
ad hanc gloriam etiam externam coram mundo uel ipse
Salomon ditisimus, potentissimus & sapientissimus
Rex? quemadmodum Christus dicit, Matthæi, xij. Ecce
plus quam Salomon hic, Propter quam Gloriam
CHRISTI in templo saepe agentis, prædixit Haggæus, ca
pit. ij. Magna erit Gloriam domus huius nouissimæ plus
quam primæ etc, Imbecillis & uana est potentia & glo
ria Babyloniorum & Regum Persarum, aut Alexandri
Magni, & Iuliorum & Augustorum, comparata hujc
potentiae & gloriae CHRISTI, quam in terris Iudeorum
ostendit. De iusticia eius nunc nihil dico, quam impij Iudei & hic stultus mundus non intelligunt, sed suam ius
ticiam mirantur & pereunt.

Hac igitur non carnali, sed diuina potentia & glo
ria, coepit apud Iudeos ille Rex Iudeorum promissus et
datus regnare super Zion montem sanctum DEI, Psal.
ij. super solium David & super Regnum eius, Esaiæ. ix:
In domo

In domo Iacob. Luc*e*.i. Et glorificatus in dextera patris transiuit per prædicationem Euangelij ad reliquos Iudæos, qui erant extra Iudæam in dispersione Gentium, & ad Gentes in totum mundum, gloriolis & diuinis miraculis choruscans, ut dilataret iste Iesus Nazarenus Rex Iudæorum suum Zion, suam Ierusalem, suum Davidis Regnum, suum illud æternum Sacerdotium, atque adeo suum illud Dei Regnum siue Regnum celorum usque ad fines mundi, quod tamen neque temporis neque loci finem habebit unquam, Luc*e*.i. Esaiæ. ix. quemadmodum Psalmo. ii. scriptum est. Postula a me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et Esaiæ. xlix. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob et feces Israel conuertendas, Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Ut ita sibi subiugaret Christus Dominus orbem, & nouum Regnum non mundanum auspicatur in mundo, emisit ex Iudæa Iudæos duces ac Principes exercitus sui Apostolos & alios Prædicatores Euangelij. Ista scilicet non est magna Gloria Regis Iudæorum? Quis non uidet magnam etiam esse gloriam Iudæorum sed credentium, Roman. ix? Incredulissime Iudæi siue gentiles fex sunt mundi, quandoque in infernum expurganda, quibus dicit Christus Ioan. v. Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, et gloriam quae a solo Deo est, non queritis? Quorum mens & conscientia ita contaminata sunt, ut etiam in his, quæ diximus, ratione & sensu communi careant, secundum Prophetiam, Esaiæ. vi. Ut uidentes non uideant etc.

Nam nihil interim dixi quale sit Regnum Christi, in quo est remissio peccatorum, liberatio a morte, Satana ius

P P pp

na ius

CAPVT

XXXI.

na; iudicio Dei, sumus filii Dei, donati Spiritu sancto & uarijs donis eiusdem Spiritus, in consortio filii Dei consortes diuinæ naturæ exaudimur a Patre, habemus consolationem & uitam æternam. Quando quæso hæc inteligerent Iudæi, quando ne nostri quidem Papistæ hæc intelligere possunt, qui se gloriantur Christianissimos, sed hæc oderunt, blasphemant, persequuntur, non misericordia atq; iusticiarij Iudæi. Suam enim iusticiam statuere uolentes, iusticiae DEI non sunt subiecti, ut ait Paulus Doctor Gentium ex Iudæis nobis datus. Ego solum hic illa uolui dicere, quæ etiam impij Iudæi agnoscere deberent, nisi etiam Diabolus ipsorum rationem, odio Domini nostri Iesu CHRISTI, abstulisset, Dedit enim eis Deus spiritum compunctionis etc, Roman. xi. ut ex his ipsis Iudæi & nostri uiderent, quam istæ Ieremie & aliorum Prophetarum scripturæ consentiant in CHRISTUM & nouum testamentum, & quam omnia in CHRISTO completa sint etiam in terris Iudæorum & apud Iudæos. atq; adeo ipsis Iudæis, secundum manifesta uerba, & secundum ea quæ ipsis facta else negare non deberent.

Ostendant ipsis Iudæi nobis alium Regem Iudæorum (præter Iesum CHRISTUM Dominum nostrum), qui ex tribu Iuda, & ex stirpe Dauidis natus sit ex uirgine, & uocatus siue prædicatus Immanuel, id est, nobiscum Deus, Esaiæ. vii, uocatus siue prædicatus in mundo Admirabilis, Consiliarius, Deus, Gigas, perpetuo Pater, Princeps pacis etc, Esaiæ. ix, uocatus siue in mundo prædicatus DOMINVS IVSTICIA NOSTRÆ, Ieremie xxij. Ostendant ubi sit ille, per quem benedictum sit cunctis cognationibus terræ, quemadmodum Deus promisit Abraham, qui Evangelizet pauperibus.

peribus, prædicet cœcis uisum etc, Esaiæ. lx, qui factus
sit uictima pro peccatis mundi sua morte, & tamen re-
gnet post mortem, ut Esaias prædixit, capit. liij. Et Da-
uid, Tu es Sacerdos in æternum etc.

Expectamus, inquiunt, talia futura, negamus au-
tem uenisse, Respondemus, Falsum est & mendacium.
Coram hominibus dicitis uos expectare, cæterum apud
uos nihil est nisi desperatio. Expectatio hæc apud uos
else non potest, quia est sine uerbo D E I, & contra uer-
bum Dei. Postquam omnia in Christo saluatore nostro
completa sunt, quæ prædicta fuerunt, & postquam iam
mille quingentis annis tempora Prophetiarum de Chris-
to præterierunt, postquam Christus Dominus a Iudeis
& Gentibus agnitus & suscepitus est. Vos impij & blas-
phemini nebulones, non ueri Iudæi, sed fex tantum Iude-
orum, singitis expectationem Messiæ, qui certe ueniet
uobis Iudex, nisi interim eum saluatorem suscipiatis. Ite
desperati nebulones & a Deo, & ab hominibus abiecti,
& quærите uobis alium Messiam. Veri Iudæi ex duode-
cim tribubus ad hoc electi, cum Gentibus per totum
mundum, iamdudum uerum suum Messiam agnoue-
runt, suscepserunt, prædicauerunt, ex uirgine natum De-
um & hominem, Iusticiam nostram & uitam eternam,
Quam Gratiam & Gloriam Regni CHristi, ex duode-
cim Iudæorum tribubus, et ex Gentibus innumeris con-
gregati, descripsit noster Iohannes in Apocalypsi, capit.
vij. cum dicit, ex singulis Iudæorum tribubus duodecim
milia signatos. Et postea addit de nobis Gentibus, Post
hac uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo po-
terat, ex omnibus tribubus & populis & linguis etc.

Sed hæc hactenus, ad gloriam CHristi, qui ita Re-
gnum habet in mundo, ut dominetur in medio inimico-

PPpp ij. rum,

CAP V T XXXI.

rum, peccati & mortis & tyrannorum & omnium Dia-
bolorum, donec Pater ponat omnes hosce inimicos sca-
bellum pedum eius, Et gloriam suam iudicat esse Rex
& Sacerdos noster, quando nostram adiuuat fragilitas
tem, & glorificat nos peccatores etc, Sit ipsi gloria in æ-
ternum, A M E N.

Ex his autem, quæ de decem tribuum reductione
diximus, facile iudicabis Prophetias, & intelliges quid
uelint. Nam quandoq; dicunt reducendas in terram pa-
trum, quandoq; uero, absq; ulla misericordia ita abijen-
das ut nunquam restituantur, Vtrung; legis Osæ. i. & a-
libi, atq; ita uidentur Prophetæ simul duo contradic-
toria statuere, id quod fieri non potest, neq; adeo stulti sunt
Prophetæ, ut hoc uelint, qui loquuntur ex ore Domini.
Reductæ sunt enim etiam corporaliter, quemadmodum
supra dixi, licet maior numerus manserit inter Gentes
dispersus. Reducti autem Israelitæ, siue qui erant ex Re-
gno Ioseph, siue Ephraim, siue Samariæ, regebantur a
Principib; Iuda, ut hoc initio inciperent redire ad Re-
gnum Dauidis, a quo maxima æmulatione post mortem
Salomonis fuerant separati. Sed non erat ibi ille Rex
Dauid promissus usq; ad Iesum CHRistum Dominum
noscum, uerum Messiam. Sub quo uno capite utriusq;
Regni populus, unus populus futurus olim prædiceba-
tur.

In his ita paulatim reductis, completum est quod
legitur de corporali reductione Israelis ad terras Samariæ.
Ex his qui electi erant CHristum uenientem suscep-
perunt, atq; ita uere reducti sunt ad Deum. Post quos es-
tiam alii Israelitæ in dispersione Gentium manentes, per
Euangelium reducti sunt ad Deum, ut supra dixi, quæ
est reductio spiritualis, omnibus tribubus promissa, &
per Chri-

IEREMIAE. CCCXIX.

per Christum præstata, In hanc reductionem spiritualem Israëlitarum, siue decem tribuum solum respiciunt expositores. Sed oportet nos etiam meminisse illius corporalis reductionis, propter quædam uerba Prophetarum, & propter ipsam historiam quam indicauimus.

Quando uero leguntur non reducendæ decem tribus, aut restituendæ, notum est illis qui sacris literis assueti sunt qui intelligatur, ut dixi capite. ix. ubi dicitur. Cubilia Draconum etc, & capit. xxv. ubi dicitur, Solitudines sempiternas etc. Nam Israël non restituitur ut Iuda. Non enim simul redit, sed paulatim ex omnibus tribubus redeunt pauci. Qui tamen pauci postea intra quingentos aut quadringentos annos (nam quidam serui redierunt) multiplicabantur supra modum usq; ad Christum, Deinde nunquam resurgunt in Regnum & potentiam, & illam Politiam quam ante habuerunt, sed reguntur sub Iuda, ut taceam de alienigenis dominatoribus, id quod sæpe utriq; populo erat postea commune malum, ut disserent promissum Messiam sperare & desiderare. Præterea non restituuntur suis urbibus & pagis & agris et uineis, ut Iuda, Nam optima quæq; in Regno Samariæ occupauerant Samaritani, Sed habitant ubi loca uel occupare uel emere licebat, absq; ordine, absq; tribuum discrimine, ut supra dixi, non ut domini terræ, sed ut exules qui cupiebant ibi esse ciues, id quod licuit tunc eis sub Regno Persarum, nec solis licuit, sed etiam Gentilib; tunc hoc ibi licuisset, Tamen hoc ipsum prospere cessit eis, ut totam Galilæam occuparent præter alia loca.

Ex his uides sic abiectas fuisse decem tribus, ut ad pristinam gloriam, atq; adeo ad patrum suorum agros & possessiones nunquam redierint, ut nunc rursum non

P P p p iij repetam,

CAPVT

XXXI:

repetam, quod maximam pars eoru nunquam redijt ad illas terras, atq; ita intelligenda sunt uerba Iosephi, que legis. x. Antiquitatum libro ca. v. Quam ergo gratiam habuerunt sic reuersi? Dixi iam ante, magnam gratiam fuisse, quod itare dierunt ad ueram Dei sui religionem, atq; adeo ad Deum patrum suorum, & quod electi ex eis presentem in carne Dominum Christum postea suscepserunt secundū uerbum Christi. Beati oculi qui uident quae uos uidetis &c.

Igitur quae hic de pace Israelis dicuntur, intelligat aliquis ut uelit, etiam de illa quatulacumq; temporali pace, qua post captiuitatem reuersi fruebantur, & gaudebant se rediisse ad fratres suos & ad cultum Dei. Quando autem hæc pax sæpe interrupta est, ut supra diximus, & non toti Israeli exhibita, certum est hac pace non compleat præstatum esse quod hic promittitur. Nam finis huius capitinis declarat æterna esse quae hic promittuntur, quorum quae simul corporalia promittuntur uix umbra fuerunt & initia benefiorum Dei post Babyloniam captiuitatem. Ideoq; hæc in Christo completa sunt Iudæis & Gentibus, Vnde ait Paulus Eph. ij. Veniens euangelizavit pacem uobis qui longe fuistis, & pacem ihs qui prope. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad patrem. Et Esa. cap. ix. manifestis uerbis hanc pacem, super solium Dauid & super Regnum eius, in Christo dicit æternam, cum ait. Et pacis non erit finis super solium Dauid & super Regnum eius, ut corroboret illud in iudicio & iusticia amodo & usq; in sempiternum. Rom .v. Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum per Iesum Christum &c.

R V R S V M ÆDIFICABIS, Modis
cum

cum certe fuisse necesse est, quod corporaliter aliqui post captiuitatem possidere potuerunt in montibus Samariæ, uidelicet, illuc Samaritanis fere omnia occupantibus, nisi hic accipias (id quod etiam licet) montes Samariæ pro omni terra decem tribuum, quæ a tempore patris Achab Regis cœpit dici Regnum Samariæ, a Samaria regia urbe tunc in monte Somar ædificata. Esto itaq; quod hic talia corporalia promittantur, ut ante satis diximus, tamen in Christo hæc potius in illis terris impletasunt, quando uineæ, id est, Ecclesiæ fideles etiam apud Samaritanos esse cœperunt, primum prædicante Christo Lohan. iiiij. Vbi & Christus fere uerbis Ieremiæ loquitur, Nonne uos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt & messis uenit. Ecce dico uobis, attollite oculos uellos, & uidete regiones, quod albæ iam sunt ad messem &c. Deinde prædicante ibi & plantante Philippo & Apostolis missis, ut dicitur Acto. viij. Huc pertinent omnia quæ Israelitis in illis terris decem tribuum per Christum exhibita sunt, ut supra satis diximus. Hac metaphora utitur & Paulus, cum dicit. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.

QVIA ERIT TEMPVS. Id est, Causa omnis prosperitatis, qua Deus benefaciet Israelitis seu decem tribubus, erit hæc. Nam erunt ibi ex Gratia DEI Custodes, id est, prædicatores, qui admonebunt populum secundum legem Domini, ut ascendant in Zion siue Ierusalem ad adorandum Dominum & sacrificandum. Populus habebit uerbum DEI per sacerdotes, Leuitas & alios Prophetas. Ideo timebit Dominum, & colet secundum uerbum & prescriptum, id est, secundum uoluntatem eius, qui est uerus cultus & honor Dei. Cultus sine uerbo Dei,

Sancti Prædicatores Graecie Dei post captiuitatem.

CAPVT

XXXI.

bo Dei, id est, sine fide, quid aliud esse potest quam abominatio & idololatria? Non autem sic ibit populus post captiuitatem ad uitulos aureos aut ad alios cultus contra legem Dei, quemadmodum ante tunc, quando habebat Sacerdotes nebulones, institutos per Ieroboam primum regem Israel post mortem Salomonis. Qui impij custodes, in instituto impij Regis clamabant, id est, praedicabant, Nolite ire in Ierusalem, sed &c. iij. Reg. xij. In qua abominatione permanserunt reges omnes cum decem tribubus, donec abiicerentur in captiuitatem. Vides quod omnia eo spectant, quod post captiuitatem promittitur eis reditus ad Deum, qui ante captiuitatem Deum in suo uerbo & cultu uero contempserunt.

Hunc cultum Dominus noster Jesus Christus adhuc puer seruabat cum eis, quia patris sui cultum agnoscet, & ascendebat cum alijs Hierosolymam ad festum. Et uir factus aderat festis, ne legis contemptor uideretur, tum quod etiam erat praedictum, quod uidendus esset in illo templo post captiuitatem edificato, item, ut uel sic occasio quareret sese populo, qui eo confluebat, manifestandi. Esa. autem ij. & Michae iiij. manifeste praedicuntur haec in Christo complenda, quando praedicatio ex zion & Ierusalem exiuit in totum mundum. Ad quam doctrinam & Dei cultum, id est, fidem in Christum, tunc in omni loco duodecim tribuum admonebantur primum Iudei per Custodes, id est, Apostolos & alios praedicatorum. Sic enim aiunt duo prophetae. In nouissimo tempore, Mons, ubi domus Domini est, erit stabilitus, excelsior omnibus montibus, & exaltabitur super colles. Et consenserunt ad eum populi, ibuntque eo Gentes multe, & dicent, Venite ascendam in montem Domini, ad domum DEI Jacob, ut doceat nos uias suas, & nos ambulemus in semitis eius.

IEREMIAE:

CCCXXI.

tis eius, De zion enim exhibet lex, & uerbum Domini de Ierusalem, Et Ipse iudicabit inter populos multos, & ar-
guet Gentes multas in regionibus longinquis. Tunc con-
flabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces,
Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exerce-
buntur ultra ad prælium. Venite domus Iacob, & ambu-
lemus in lumine Domini, Et addit Michæ. Et erit DO-
MINVS super eos REX in monte zion, ex hoc tempo-
re usq; in æternum. Hic est DOMINVS CHRISTVS,
de quo dicit Deus pater psal. ii. Ego autem constitui Re-
gem meum, super zion montem sanctum meum, prædi-
cabo &c. De hac pace & securitate erga Deum in con-
scientia, & de charitate inter ipsos Christianos & erga om-
nes quantum in ipsis est, in Regno Christi, ex stirpe Iesse
sive Isai nati futura, prædicat etiam Esaias ca. xi. Non no-
cebunt neq; occident in omni monte meo, quia repleta
est terra scientia Domini, sicut aqua maris aperiente &c.

CLAMATE SVPER IACOB.

Describit quæ prædicatio sit futura de liberatione Israelis,
quæ non erit occulta, quia clamor & fortis clamor est su-
per Iacob, id est, Iudeos, & super Caput uel imperium si-
ue Regna Gentium, Nec erit tristis clamor, quia cum
gaudio clamabitur, & erit iubilus & gloriatio. Primum
itaq; edicto Cyri regis persarum clamatum in imperio
gentium pro Iudeis, quando soluebatur captiuitas eorum
ut dicitur in principio Esdræ. Deinde prædicatum est Eu-
angelium Messiae super Iudeos & Gentes, qui est lætus
clamor & iubilus post captiuitatem legis, peccati & mor-
tis, quo redimus ad Deum communem patrem per Ies-
sum Christum Dominum nostrum.

Verum, non solum clamare et prædicare libertatem Prædicare &
Orare,
QQQ iubet,

CAPVT XXXI.

ubet, sed etiam orare, Salua, inquit, Domine populum tuum reliquias Israel, Nam multis non profuit prædictio libertatis, neq; illius temporalis, neq; huius æternæ, quod multi primum manserunt in dispersione Gentium, simpj, non redeuntes cum liceret, ad cultum legis et Deum patrum suorum, Deinde prædicato Euangelio mulati plus excœabantur & indurabantur contra promissam & exhibitam salutem, Non solum ergo prædicandum est, sed etiam orandum pro reliquijs quæ redeunt aut redituræ sunt, Nam tum redierunt tantum, quorum Deus suscitauit spiritum, Alijs frustra prædicabatur libertas. Ita & auditio Euangelio non redeunt ad Deum, nisi quibus datur Spiritus sanctus, ut Euangelio creder possint. Haud aliter in Psalmo agitur, In conuertendo etc, Primum gratias agunt pij de liberatione, inde orant, Conuerte Domine captiuitatem nostram etc, pro fratribus adhuc induratis, ut conuersi & ipsi liberationem agnoscant etc, Zacharias dicit, Effundam super domum Dauid Spiritum Gratiae & Precum. Spiritus Gratiae prædicat Euangeliū, Spiritus Precum orat & inuocat, in quo clamamus Abba Pater.

ECCE EGO ADDVCAM eos.

Primum corporaliter, deinde per CHristum ex imperio Diaboli & Regno tenebrarum etc, Vide supra capit. xxij, ubi dicitur, Semen domus Israelis etc, Et capit. iij, articulo. viij, Et. xxij, Ecce, Ego congregabo etc.

ET COECOS ET CLAVDOS.

Significat nullum impediendum aliqua corporis necessitate, qui concepto Spiritu uoluerit redire. Nam se ad futurum, dicit Dominus, & commodum iter daturum, uel per aquas, si necesse fuerit, quemadmodum olim per mare.

*Cœci.**Cleudi.**Pregnantes.*

mare rubrum, ita ut etiam cœci & ægroti & pregnantes
& in itinere parientes possint simul duci, Nihil obseruit in
itinere, Nemo prælibabit aduersus eos, ut præliatum est
olim contra filios Israel reuertentes ex Aegypto, sed ibi
inter exeuntes nullus erat infirmus, ut dicitur Psalmo
Cv. In reditu autem Iudeorum uel nostro per Christum
ad Deum, sunt ægroti. Quia CHRISTus uenit propter
peccatores, non propter iustos, Non est opus medicis
bene habentibus.

Cœci sunt qui DEVM non uident esse patrem suum, qui per Christum tantum uidentur, Ioan. i. Deum nemo uidit unquam, Unigenitus filius, qui est in sinu Patris, Ipse enarrauit. Claudi sunt, quibus nondum datum est, ut sequantur quam uident ueritatem, Hebre. xij. Reuissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos
facite pedibus uestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur etc, Pregnantes & parientes sunt iam conuersi, & tamen tentationibus & angustijs pressi, id quod omnibus Christianis accidit, ut Paulus ait. Qui pie uolunt uiuere in CHristo, persecutionem patientur, Tamen hac ratione fructificant DEO & pariunt fructum salutis, ut dicitur Roman. vij. Maxime uero id accidit officia publica habentibus, in primis Euangelijs prædicatoribus, quemadmodum Paulus ait Galatis. Filioli quos iterum parturio donec formetur in uobis CHRISTUS. Et Esaiæ. xl. dicitur. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetas ipse portabit, Nisi enim ipse pastor CHRISTUS inspiraret, quis cuperet reuerti ad Deum? & nisi Ipse duceret nos ægros, quis in itinere non deficeret? Ipse ducit recta etiam per torrentes aquarum, id est, per aduersitates, tentationes, angustias, quibus mundus ob-

QQqq ij scrunt

CAPVT**XXXI:**

struit iter & Diabolus, sed frustra per Christum ductorem, quemadmodum de aquis in Psalmo saepe dicitur. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usq; ad animam meam etc, Sic per mare rubrum euaserunt filij Israel ex Pharaonis captiuitate, arte & misericordia DEI.

Hic legendum est, Iuxta torrentes aquarum, ut scripsi, Alioqui non esset commodum iter, sed deficerent præ siti, quemadmodum olim leguntur murmurasse filij Israel in deserto, ubi accipiebant aquam ex pétra, Nihil tale passi leguntur reuertentes ex Babylone & Assyrijs. Hac ratione spiritualis refectionis & consolatio est ex Christi Spiritu per uerbum, ut in Psalmo, Dominus passit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit, deduxit me super semitas iusticiæ propter nomen suum etc, Item, Et calix meus inebrians etc,

FLENTES ET ORANTES.

Flenentes, id est, agnoscentes sua peccata & prævaricationem, Et orantes, id est, agnoscentes quod sola DEI misericordia non merito suo reducuntur. Ante captiuitatem quam contempserint Deum, notum est ex Historia & Prophetis. Sic perpetuo & non alio modo suscipimur a DEO, Admoniti uerbo DEI, flemus & agnoscimus peccata & nostri damnationem, & precamur, id est, credimus & rogamus ueniam, Deus autem suscipit & ducit nos etc.

VT NON IMPINGANT. Quæ admodum & Esaias dicit de exitu ex Aegypto, capite, lxiij. Qui eduxit eos per Abyssos, quasi equum in deserto, non impingentes, quasi animal in campo descendens.

S V M

Flenentes.
Orantes.

IEREMIAE. CCCXXIII.
SUMENIM PATER ISRAELIS.

Causa misericordiae & tanti beneficij est dilectio DEI,
qua ipse nos diligit, non est meritum nostrum præce-
dens. Quia hic præcedunt peccata, ob quæ abactus est
populus.

PRIMOGENITVS EPHRAIM, id Regnum Es-
t, charissimus filius meus, quemadmodum primoge-
niti charissimi esse solent. Ita & Exodi quarto dicitur,
Filius meus primogenitus Israel. Verum hic Israelem
dicit posteritatem Iacob, & Ephraim Regnum Samariæ
ubi tribus Ephraim fuit potentior alijs tribubus, Et re-
spicit hic in ius primogenituræ, quod Iosephi accepit, cui
ius filius erat Ephraim. Id quod sic factum est, Ruben
primogenitus Iacob siue Israelis propter scelus admis-
sum perdidit iura primogenituræ suæ. Primo genitus
erat Sacerdos & Rex inter fratres, & duplice habebat
hæreditatem a Patre, Hæc a Ruben ablata sunt, et datum
est Sacerdotium ipsi Leui, Regnum ipsi Iudæ, duplex
hæreditas Iosepho in duabus filijs Ephraim et Manasse,
qui duas sortes acceperunt in terra Canaan per Iosua,
quemadmodum clarissime declarauit in Deuteronomio
in Benedictionibus Mosis, capite. xxxij.

AUDITE GENTES VERBUM

Domi ni, Primum de liberatione Israelis ex captiuitate
per edictum Cyri, Deinde de liberatione & Iudeorum
& Gentium per Euangelium ex captiuitate Legis &
peccati & mortis, In Excelso, id est, Templo Zion ut su-
pra diximus.

ET ACCVMVLARVNT SE
ad dona Domini, Etiam uictum dat Deus suis, ut illis
QQqq iii post captio-

CAPVT

XXXI:

post captiuitatem Assyriacam, ita & in Regno CHRI^TI,
sti, quemadmodum dicit nobis. Primum querite Re-
gnum DEI & iusticiam eius, & haec omnia adiicientur
uobis. Paulus, Pietas ad omnia utilis est, promissionem
habens uitæ præsentis & futuræ, Simus tantum contem-
ti præsentibus, Ita & de Christo in Psalmo octauo dici-
tur, Omnia subiecisti sub pedes eius, oves & boues vni-
uersas, insuper & pecora campi, volucres coeli & pisces
maris, & ea quæ perambulant semitas maris. Haec sunt
etiam bona & dona Domini CHRI^TI super terram,
quæ creata sunt fidelibus ad percipiendum cum gratia-
rum actione, ijs qui nouerunt ueritatem. 1. Timo. iiiij.

VT SIT ANIMA EORVM, etc,

Id est, gaudebunt & alacres erunt, uidentes sibi benedi-
cia DEO, & fœcundos esse omnibus Dei donis, se ha-
bere in pace satis quod edant, quo uiuant, Deinde se iam
acceptos esse DEO. Hic renouatur ut aquilæ iuuentus
tua, ut in Psalmo dicitur. Sic Esaiæ. Iviij. Eris quasi hor-
tus irriguus, cuius non deficiunt aquæ.

ET NON AMPLIVS SOLICI-

ta. Videlicet propter aliquam penuriam. Vides quò ista
respiciant, Iudæi etiam post captiuitatem reducti, saepe
misere uexati sunt, & increduli post glorificatum Chris-
tum fame & gladio perierunt. Petrus ait, Omnem soli-
citudinem uestram projcentes in eum, quia ipsi est cui
ra de uobis. Christus. Nolite solliciti esse de uictu etc.

Ministri uerbi
duplici hono-
re digni sunt.

ET REPLEBO ANIMAM SA-

cerdotum. Quando Deus dat Sacerdotibus et Prædicat-
oribus uerbum & fidem, ut inde gaudeant coram Deo,
orent & fideliter docceant, tunc & populus dono DEI
instruitur

IEREMIAE.

CCCXXIII.

instructitur uerbo fidei, & gaudet, inuocat, benefacit alijs,
& si quid aduersi acciderit, tamen bene sperat de DEO,
& gratias agit de uniuersis Dei beneficijs. Tunc etiam
& Populus & Sacerdotes replentur beneficijs, seu be-
nedictione Dei corporali, ut supra diximus, Nam labo-
ri fidelium Deus benedicit, ita ut etiam quemadmodum
in Psalmo dicitur, in tempore famis saturentur. Hi au-
tem ut grati, & agnoscentes beneficia DEI, pauperibus
largiuntur, & Deus per talium liberales manus inebri-
at, etiam Sacerdotum animam pinguedine seu exultati-
one, id est, facit eos gaudere & uiuere absque uentris solia
citudine & cura, ex liberalitate piorum, qui amant et ho-
norant uerbi DEI ministerium, quemadmodum Paulus
docet. Presbyteri qui bene præsunt, duplice honore di-
gni sunt, Christus, Dignus est operarius mercede sua.
Contra, Populo maledicitur penuria corporis & anime,
ubi sacerdotibus & Leuitis, qui nunc sunt in nouo testa-
mento Doctores Ecclesiæ & ministri uerbi, nihil datur,
ut legis in Malachia, & alibi. Certum signum est infide-
litatis & contemptus uerbi, quando Prædictoribus ni-
hil redditur, nisi contemptus & calumnia. Ibi Deus eti-
am maledicit populo penuria rerum, & tandem aufer-
tur uerbum, & relinquitur nihil aliud quam Diabolus
& infernus, uidelicet ablato Regno coelorum, in quo &
corpore & Spiritu abundamus laeti de donis Dei & sa-
lute æterna. Sic comminatur Amos. viij, lege illic totum
caput.

AVDITVR IN EXCELSO VOX.

Exponit quod dixerat ante, Conuertam luctum eorum
in gaudium &c. Et primum de duabus tribubus dicit.
Nunc quidem luctus & clamor auditur exta Ierusalem,

QQqq iiii quia.

Vox in Ramis
audita est etc..

CAPVT

XXXI.

quia per Babylonium exercitum, in Bethlehem & circumqua^p in omnibus finibus eius (propterea quod non sunt munita loca) ustantur omnia, pereunt miseri habitatores, & captiui abducuntur in Babylonem, & non remanet ibi nisi misera facies perpetuæ solitudinis. Ibi Rachel plorat filios suos, & non uult consolationem admittere uel audire de filiis suis, id est, ciuitibus & terræ suæ habitatoribus, quia de occisis non est spes uitæ, & de abductis non est spes reditus, Interim Ierusalem & reliquæ munitiones urbes hæc audientes & uidentes, misere trepidant, obsidionem adhuc, quam diu licet, sustinentes, ut dicitur in fine regum.

Siquidem uel paulo ante obsidionem uel sub ipsa obsidione, uidebant & audiebant oppida non munita, inter quæ erat Bethlehem, & pagos misere uastari, populum occidi & abduci, quæ erant initia captiuitatis duarum tribuum, donec & ipsa Ierusalem, tertio anno postquam obsideri cœperat, capta est. Hostes enim cum non possunt capere urbes munitas, tamen misere ustant oppida adiacentia quæ resistere non possunt, ut Turca fecit prope Visennam, & nunc facit in Hungaria. Non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster.

Oportet, inquit, ista mala & calamitatem præcedere, ut uos rebelles Deo castigemini, sed noli plorare charissima Rachel, Filij tui reuertentur post septuaginta annos, & complebuntur promissiones Dei & gaudebis in Domino, ut etiam reuertantur ueris filij tui, licet occisi, ad uitam æternam futura iustorum resurrectione, Nam quidam ex occisis etiam pijs fuerant, in primis parvuli Iudeorum, quidam etiam in ipso mortis periculo ad Deum conuersi ueniam rogauerant, & pijs occidebantur, Lege quæ dicuntur

IEREMIAE.

CCCXXV.

dicuntur, uidelicet eadem Miche. iiiij. De filia zion, id est,
Ierusalem.

Rachel erat uxor dilecta Jacob, quae peperit suum
primogenitum Ioseph, et postea mortua est in itinere quo
stet Ephratam, id est, Bethlehem, quando pariebat Ben-
Iamin secundum filium, & illuc sepulta est in agro, ibi tum
Jacob erigebat titulum lapideum, & uocatus est ille locus
Sepulchrum Rachel, usq; in praesentem diem, ut loquitur
historia Gene. xxxv. Ideoq; Bethlehem & omnia confi-
nia eius, hic in Ieremias uocantur Rachel, ut etiam San-
ctus Mattheus intelligit. ca. ij. Diciturq; lamentari & plo-
rare Rachel, quando lamentantur & plorant homines in
Bethlehem & in omnibus confinibus eius. Et alluditur
hic etiam ad historiam mortis Rachel. Moriebatur quis-
dem ipsa magno dolore, ob quod suum filium uocauit
BenOni, id est, filium doloris, sed obstetrix dixit, Noli ti-
mere, quia & hunc habebis filium, Et pater Jacob uocauit
eum BenIamin, id est, filium dexteræ. Quemadmodum
hic propheta ad Rachel patientem, id est, illam terram, &
per eam ad omnem populum qui pauperis erat, dicit, Celsa
a clamore & fletu & lachrymis oculorum tuorum, quia
euus labor non est inanis, & filii tui reuertentur, quasi dis-
cat, Filius doloris erit filius dexteræ.

Ex BenIamin uenit tribus, quæ dedit primum Re-
gem Saulem, & postea haec tribus cum tribu Iuda mansit
in Regno Dauidis, contra decem tribus a Regno Daui-
dis deficientes, quod Regnum Dauidis deinde dictum
est Regnum Iuda, a tribu Regia, quæ habebat in Dauid
promissionem Regni aeterni, quod in Christo filio Daui-
dis completum est. Tandem BenIamin dedit nobis max-
imum illum Apostolum Paulum, Phil. iiij, Psal. lxvij. Ibi

RRrr dominatur

CAPVT XXXI.

dominatur inter eos Beniamín Paruulus, id est, Paulus, latinis, Rem huius nominis Paulus, Spiritus sanctus prædixit, quasi dicat, Ibi Dominatur inter eos Beniamín Paulus, id est, pusillus siue paruulus &c. Hic primum matris suæ, id est, Ecclesiæ Christi, fuit filius doloris, 1. Timo. 1, sed pater Deus fecit eum filium dexteræ, secundum prophetiam Iacob, Beniamín mane lupus rapax, uespere diuidet spolia, Vide quæ dixi in Benedictione Beniamín Deut: xxxij.

Præterea non mirum etiam, quod Rachel plorare dicitur, quando plorat tribus Iuda, in cuius agris illa se pulsa facet, & tribus Beniamin (quem illa pepererat mortiens) hic nunc in sua posteritate uere erat Benoni, id est, filius doloris, Quid ni etiam fleuerit Rachel, quando ante Centum annos abducebatur posteritas Ioseph primo geniti eius ex terra Israel, quæ terra etiam saepe terra Ioseph nominatur. Vides quam multos fleuerit ista bona Rachel, quos hic Spiritus consolatur, Verum hæc non pertinent ad tempora prophetiae Ieremiæ, Nam quod hic in hebræo legitur, Vox audita est uel clamor auditus est, non pertinet ad aliquam historiam quæ prius facta est, sed potius ad prophetiam, quia prophetæ more hebræo sic loquuntur, Audita est, pro auditur, uel auditetur, Itaque hic proprie propheta respicit in terram sepulturæ Rache lis, & in filium illum doloris quo ipsa extincta est, dum eum ibi pariebat, quemadmodum Matthæus etiam Rachel interpretatur ca. ij.

Si autem quæris, quare hoc loco Propheta speciatim uoluerit meminisse Bethlehem, Respondeo, Bethlehem, quamuis in speciem despctum oppidū esset, tamen hanc gloriam habebat, quod olim dedit illum dilectum DEO Davidem Regem, cuius Regnum prædicebatur Prophætis.

phetis fore æternum, id quod in Christo completum est;
Deinde secundū prophetiam Michæ expectabatur etiam
Christus ipse ex Iudæis in Bethlehem nasciturus, Nonne
hec maxima gloria erat huius alioqui despecti oppidi, præ
alijs urbibus & præ ipsa Ierusalem? quemadmodum &
Micha dicit, Paruula quidem es Bethlehem, sed dux Isra
el ex te egreditur, Vnde non uerba Prophetæ, sed istam
eius sententiam secutus Matthæus dixit, Bethlehem non
es minima, licet paruula sis in speciem, quare nō minima?
quia, inquit, ex te exiit Dux Israel, quemadmodum Pro
pheta prædixit.

Itaq; omnes Iudæi suum Messiam, gloriam totius
mundi & salutem ex Bethlehem expectabant, quemad
modum etiam Sacerdotes Herodi postea responderunt,
Nunc uero hæc spes, cum omnibus Dei promissis uide
tur perire, perdita Bethlehem, & populo partim occiso,
partim abducto, Vbi nunc, aiunt, est Bethlehem, in qua
Christus nascatur? Abeunt Iudæi & pereunt cum poste
ritate Davidis, ex quibus nascatur Christus, Propter pec
cata nostra perierunt Dei promissiones. Sic enim sentit
infidelitas in afflictione, Consolatur ergo Propheta di
cens, promissiones Dei perire non posse, Nam reuerten
tur in Bethlehem, & Bethlehem reædificabitur, & nasce
tur ibi Christus, secundum Dei promissionem, & Israel
accipiet consolationem & gloriam æternam.

DE PROPHETIIS CITA

tis Matthæi.ij.

Quid autem dicemus de citatione Matthæi, qui CITATA.
hunc locum citat de paruulis ab Herode in Bethlehem & Matthæi.ij.
in omnibus finibus eius occisis facilis est responsio si quis
non uelit calumniari, Matthæus dicit, Tunc perfectum

RRet ij est quod

CAPVT XXXI.

est quod dictum fuerat ab Ieremias Propheta cū ait, Vox in Rama, id est, in excelso audit a est &c. Non negat Matthæus etiam antea hoc esse factum, quemadmodum dixi m^o, sed dicit tunc etiam esse factum siue perfectum quod Ieremias dicit, quando Bethlehemitici pueri occidebantur, quasi diceret. Hic rursum factum est quod olim de Rachele prædicebat Ieremias. Hic rursum bona Rachel plorat filios suos in Bethlehem & in omnibus finibus eius. Oritur ingens clamor & lamentatio patrum & matrum in Bethlehem & in agris eius circumquaque propter imperfectos filios. Cur non ita citaret Matthæus, quando uidet rursum factum esse, quod olim secundum prophetiam Ieremiacie siebat, & quando cum uerbis prophetæ consentiunt & locus & factum? Quasi uero non debemus citare psalmos de nostra miseria, temptationibus & salute, qui sæpe aliam habent historiam.

Debebatur quidem oppido Bethlehem hec in pueris poena, quia impie illuc & inhume negabatur locus in diuersorio Mariæ puellæ, Christum in nocte & in media bruma parienti. Et pastoribus de nato Messia illic ex angelorum reuelatione, ut Lucas scribit, nunciantibus, & gentilibus Magis, ut Matthæus scribit, ad adorandum acurrentibus, ipsi Bethlehemitæ habitatores suum Messiam non quæsierunt, quibus Herodes, isto damno dato, testatur Messiam illic esse natum, propter quem paruulos occidebat.

Sed consolatio rursum ad afflitos attinet, Cessa a clamore, bona Rachel, & fletu & lachrymis oculorum tuorum. Filii tui pro CHR. isto occisi sunt, illi bene habent, non sunt perdit, ut tu ploras. Reuertentur enim in resurrectione nouissima, Reliqui autem filii tui, o Rachel

IEREMIAE.**CCCXXVII.**

Rachel, id est, habitatores impij, qui abducti sunt a Deo, non loci quidem mutatione, sed infidelitate, per Scribas & Phariseos, ut diximus ex Esaia, reuertentur ex Regno Satanæ, per prædicationem CHRISTi & Apostolorum etc, quemadmodum de reductione spirituali diximus, capit. iij. et alias, & in hoc capite simul compræhendimus & corporalia & illa per Christum æterna beneficia post captiuitatem Babyloniam exhibita. Atq; hic certissima potuit dari consolatio, Noli plorare, Nam Christus natus est, propter quem occiduntur pueri. Hic est non solum filiorum tuorum uiuificator, sed etiam omnium, secundum predicta Prophetarum.

Immo per Euangelium postea conuersi, gaudebant etiam de occisis pueris, gratulantes suis filijs hanc gloriam, quod contigerit eis mori pro CHRISTO. Isto antequam confiteri, Et dicebant de CHRISTO. Hic est, quem Herodes metuebat, & occidebat paruulos nostros, tibi vnum, mihi duos, alijs plures, a bis matu & infra. Ofœlices paruulos, fœlices & nos quibus nunc uixisse contigit etc, Tunc non dixerunt. Extincti sunt, sed beatos prædicauerunt occisos paruulos. Hæc erat illis consolatio post afflictionem & horrendam lamentationem precedentem.

QVIA VERO SECUNDVM

Matthæi caput admirandis citationibus est repletum, & inde impius Porphyrius & alij olim calumniabantur Euangelistæ inscitiam, hic accepta occasione de illis citationibus dicamus. Posset uideri, quod in eo capite quædam sint ab alijs adiecta, qui ad omnes pueritiae CHRISTI historias uoluerint adjicere aliquam Prophetiam. Sed hoc dicere non est satis, quando Ecclesia CHRISTI, quod

R R r r iii sciamus

CAPVT

XXXI:

Iciamus, semper ita integrum habuit Matthæi Euangeliū, & nunquam ausa fuit aliquid immutare, Pij quoq; semper quæsierunt quod in his locis pie & commode dicerent, nihil morati impiorum calumnias.

Bethlehem ne
quaquam mī-
nima etc.

PRIMVM, Citasse Pontifices & Scriptoribus dicit Matthæus, Et tu Bethlehem terra Iuda etc, Qui locus quidem ex Micha necessario respicit in Christum, sed uidentur dissonare uerba. Propheta dicit, Parvula es, Matthæus recitat, Nequaquam es minima etc. Verum hic tantum nodus in scripto queritur, ut paulo ante de his uerbis indicauimus.

Ex Aegypto
uocauit filium
meum.

SECUND O. Citat Matthæus illud, Ex Aegypto uocauit filium meum, quod Oseæ. xi. legitur de populo Israel dictum, qui uocatur Primogenitus Exodus. iiiij. ut ante dictum est. Quomodo ergo hoc etiam conuenit pueru IESV ex Aegypto reuocato? Respondeo ut ante. Non negat Matthæus illud antea factum, sed nunc etiam factum dicit. Non potuit illa scriptura perfecte esse impleta, Ex Aegypto uocauit filium meū, si Deus filium Israelem, illum populum peccatorem uocasset ex Aegypto, & filium Iesum inde non uocasset, quando hic est uerus & naturalis filius, ille tantum propter hunc filius, sicut omnes credentes propter CHRISTUM sunt filii DEI, Christus est Primogenitus in multis fratribus. Sicut patres, ut legitur in Genesi, necessitate coacti, ingressi sunt in Aegyptum, sed uocante Deo inde reducti sunt in terram Canaan, quia haec & non Aegyptus erat eis a Deo promissa. Ita puer CHRISTUS fæuitiam Herodis declinans, abductus est in Aegyptum, sed a D E O reuocatus est ad terram patrum, Quia non Aegyptijs

IEREMIAE:

CCCXXVIII.

Aegyptijs, sed Iudæis missus erat corporali præsentia, ut
ibi mysteria nostræ salutis in carne perficeret.

Si ergo Deus tunc ex Aegypto dicitur uocasse filium, quando idem uocauit per Mosen populum Israel, multo magis nunc hoc uerum est, quando per Angelū reuocat ex Aegypto in terram Canaan Iesum filium sibi coæternum, sine quo nemo est filius Dei, sine quo ille populus Israel non erat populus Dei, ut declarauit in Deuterono. in benedictionibus Mosis & alias, sine quo omnia nihil sunt. Vides itaq; q̄ram non male hoc citatum sit a Matthæo, qui scripsit Euangelium Christi, non calumniatoribus sed Christianis, quibus dicit, Hic multo uerius uocatus est ex Aegypto filius Dei quam olim, Non tamen interim illud esse factum negat, quando hoc assenserit, sed potius iam perfectum esse dicit, quando alius quam Israel Dei filius ex Aegypto uocatus est. Hic est unigenitus Dei filius. Hic est uere Israel, in quo est totus Israel, id est omnis fidelis populus à condito mundo compræhensus. De quo Esaïæ, xl ix. sic dicitur, Seruus meus es tu Israel etc, Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usq; ad extreum terræ.

TER TIO. Citat Matthæus, Vox in Rama etc, quod satis ante tractauimus.

QVARTO. Matthæus citat illud, Nazareus uocabitur, & dicit hoc dictum esse per Prophetas, quod quale sit nunc etiam uideamus, Nos solemus querere hoc ipsum uel in uno loco sacrae scripture, quod Matthæus dicit in multis scripturæ locis esse dictum, uidelicet, in Prophetis.

Nazarenus
uocabitur..

Certum est quod Matthæus non respexit hic in uocabulum Næser uel Netser, id est, Flos uel ramusculus,

R.Rrr iiiij. ut solemus.

CAPVT

XXXI.

ut solemus huc citare locum Esaiae.xi. Et Flos de radice
elius etc. Non enim Flos a populis uocatus uel prædica-
tus est CHRistus, secundum Prophetas quos citat Mata-
thæus, sed respexit in uocabulum Nazir, id est, separa-
tus, consecratus uel sanctificatus, uidelicet, Domino, id
quod Germanice dicimus gevveyher, nisi per abusum
nunc hoc uocabulo tantum respiceremus in Cappas &
plattas & calices consecratos etc. Nam quando Nazar-
eth in Hebræis biblijs non inuenitur, unde de literis &
syllabis iudicare liceret, æquum est Matthæum intellige-
re huc respexisse, astipulantibus etiam ihs quæ dicturus
sum.

Notum est ex Lege Num. vi, qui sint Nazarei ap-
pellati, tempore consecrationis suæ, donec perficerent
suum uotum, Samson autem siue Simson, ab utero ma-
tris usq; ad mortem, fit Nazareus, mandato Dei per An-
gelum ad matrem misso, ut legis Iudicum. xijj. Vnde &
ipsa mater iubetur abstinere a sacer & uino, & immuni-
dis, ne uel in utero contaminetur foetus contra legem
Nazareorum, id est, segregatorum uel separatorum uel
sanctificatorum Domino. Talis erat & Iohannes Baptis-
ta, de quo Angelus patri prædictus, Vinum & siceram
non bibet, Sed hic non solum Nazir uel Nazareus erat
ab utero matris, sed etiam ab utero matris repletus Spi-
ritu sancto etc, de quo Christus pronunciat, Inter natos
mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista.

Si itaq; hic non in uocem, id est, literas & syllabas re-
spicimus, sed in illud potius quod significatur, id est, sea-
parationem uel consecrationem uel sanctificationem,
qua aliquid segregatum est uel consecratum Domino,
quemadmodum Nazarei Domino consecrabant, nihil
mirum quod Christus Sanctus & Domino consecratus
uocatur in

IEREMIAE,

CCCXXIX.

uocatur in Prophetis & prædicatur in mundo, licet non Nazir, sed Cados, id est, sanctus, uel alio uocabulo Sanctus pronuncietur. Ecce apperui tibi scripturas siue Prophetas, in quibus CH R Iustus Nazareus, id est, Sanctus uel Sanctificatus uocatur, id est, prædicatur, non nomine sed re ipsa. Siquidem DEI filius & uerus Deus est. Quem Esaias capit. x. uocat Sanctum Israelis. Et Dauid dicit, Psallam tibi in cithara Sanctus Israel. In Christum respexit lex primogenitorum, quæ dicit, Omne masculinum adaperiens vulnus Sanctum Domino uocabitur, ut citat Lucas ex Exod. xxxiiij. Vide legem de primogenitis Domino sanctificatis & separatis Exo. xiij.

Sed quid opus est multis? Daniel. ix. capit. uocat CH R istum Sanctum Sanctorum, id est, Sanctissimum, qui est Sanctificatio nostra. 1. Corint. i. illud Semen Abraham, quo benedicuntur omnes cognationes terræ. Qui non solum est Primogenitus in multis fratribus, Rom. viij. sed etiam, siue in eius diuinitatem siue in eius humanitatem respicias, primas tenens in omnibus, Col. i. Hanc appellationem Sanctitatis habet Christus in celo & in terra. Cui & canimus. Quoniam tu solus Sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus Altissimus, Iesu Christe. Et supra capit. xxij. audisti, Hoc est nomen quo uocabitur Dominus Iusticia nostra. Et Angelus dicit ad Mariam. Quod nascetur ex te Sanctum, uocabitur Filius DEI.

Verum quando Matthæus a Nazareth facit Nazareus siue Nazarenus (sicut & Iohannes in titulo crucis, & fere ubiq; scripture noui testamenti) & dicit Nazareum appellandum, uocandum, prædicandum, quemadmodum certe in Actis Apostolorum prædicatur, uidetur proprio primū respexisse in uerba Angeli Iudicum xij.

SSsa dicentis

CAPVT

XX XI.

Dicentis de Simione, Nazaræus Dei erit ab infantia sua & ab utero matris lucæ, & Ipse incipiet liberare Israel de manu Philistijm. Ut ita Samson sit figura & pictura & præsignatio Christi Sancti & Sanctificatoris & liberatoris populi sui. Ipse enim (ait Angelus apud Matthæum) salvum faciet populum suum a peccatis suis. Hic est Sol Iusticie & sanitas est in pennis eius Mala. ult. Nam & Samson siue Simson apud hebræos nomen habet a sole, interprætatur enim. Sol Eius. Sic hic Samson Christus est Nazaræus DEI non Legis, ut apud Iohannem est Agnus Paschalis, Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi, Item, Os non comminuetis ex eo. Quod dictum est de ossibus Agni paschalisi, hoc Iohannes dicit scriptum de ossibus Christi ueri Agni Paschalisi in festo die Paschæ oblati in cruce Deo in odorem suavitatis pro nobis, in quem ille Agnus Paschalisi respiciebat, & in quo ille finem habebat, quemadmodum Christus dixit in ultima cœna. Post hac non edam ultra ex eo donec compleatur in Regno Dei. Pascha enim nostrum pro nobis immolatus est Christus. Ita quod dictum est de Samson, Matthæus dicit scriptum in Prophetis de Christo Sole Iusticie. Ut etiam ita significetur in solo Christo omnem quam lex iubebat Sanctitatem esse impletam, atq; adeo eum esse Iusticiam & Sanctificationem nostri, Qui semetipsum pro nobis patris sacrificauit siue Sacrificauit in odorem suavitatis. Quicquid lege iubetur exhiberi Deo, ut sacrificia, expiationes, oblationes, uota, Nazareitates, hoc totum Christus est Sacrificium, oblatio & holocaustum pro peccatis, & mundatio ac Sanctificatione pro nobis, ut non amplius nobis opus sit legis lotionibus, purgationibus, sacrificijs, sanctificationibus &c. quæ conscientiam mundare non potuerunt, ut egregie tractat Epistola ad Heh. Lex, inquit, ad perfectum nos.

IEREMIAE.

CCCXXX:

Etum neminem deduxit, Quid uobis Christianis cum Pa-
pa legibus, traditionibus, operibus, Satisfactionibus, Sa-
crificijs, cultibus uotis, religionibus, obseruationibus, qui-
bus ipse tribuit iusticiam & meritum uitę eterne. In Chri-
sto estis completi, Col. ij. &c.

Lex faciebat Nazaræos legalibus obseruationibus
solum ad aliquid tempus, quo ex plectro amplius Nazaræi
non sunt. Samson autem præcipitur a Deo ut sit Nazaræus
ab utero matris per omnem uitam suam, Iohannes Ba-
ptista uero præterea repletur in utero matris Spiritus an-
cto. Sed hi in peccatis concipiuntur, & opus habent res
demptore & Sanctificatore Christo, quemadmodum Ios-
hannes Baptista Ioh. i. dicit. De plenitudine eius nos om-
nes accepimus, Gratiam pro Gratia. Christus autem omni-
nis Nazaræitatis perfector, id est, perfecte Nazaræus &
Nazarificans, ut ita dicam, in mundos, concipitur ex Spi-
ritu Sancto, nascitur ex uirgine Filius Dei, Sanctus San-
ctorum, Nazaræus Nazaræorum, Agnus sine macula, id
est, defectu, segregatus a grege Exo. xij. 1. Cor. v. seges-
gatus a peccatoribus Heb. vij. qui portat peccata mundi
Ioh. i. Excelsior coelis factus. Heb. vij.

Sed ais. Si Euangelista in illum locum Iudicum
xij. respexisse uidetur, qui conuenit quod dicit, hoc esse
dictum per Prophetas? Respondeo. Si uel in illum unum
locum respexisset, tamen non male conueniebat, dicere,
hoc esse dictum per Prophetas, Nam Hebræi, post Mosis
libros, quos Legem uocant, appellant Prophetas priores
libros Iosua, Iudicum, Ruth, Samuel, id est, duos prio-
res libros Regum, & Malachim, id est, duos libros poste-
riores Regum. Quos autem nos in biblijs uocamus Pro-
phetas, illi uocant Prophetas posteriores. Si quid ergo uel
semel in horum uno aliquo libro dicitur, hoc dicitur esse
SSss ij scriptura

CAPVT XXXI.

scriptum in prophetis, uel in scripturis. Christus totam sa-
cram scripturam compræhendit his tribus nominib⁹, Lu-
cæ ultimo. Oportuit impleri quæ scripta sunt de Me in
Mose & Prophetis & psalmis.

Rursum ait. Quare ergo Matthæus mutauit uer-
ba illius loci. Iudi. xiiij. ubi dicitur, Nazaræus Dei erit, Ip-
se autem dicit, Nazaræus uocabitur? Respondeo pri-
mum, Non morantur Apostoli uerba, quando reddunt
nobis sententiam scripturæ, Deinde, uidetur etiam ma-
gno consilio hoc fecisse, uidelicet ut admoneat nos omnis-
um quæ supra ex scripturis siue Prophetis diximus, de
consecratione & Sanctificatione Christi, quod non solum
talis futurus est, sed etiam talis ab hominibus uocandus,
agnoscendus & prædicandus siue confitendum. Non enim
erit solum Nazaræus, sed etiam uocabitur, id est, prædica-
bunt & confitebuntur eum Consecratum & Sanctifica-
tum Domino, & segregatum a peccatoribus, qui ipse pec-
catum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Voca-
bunt, in quam, siue confitebuntur eum, quisq; lingua sua,
esse consecratum Domino, Nos Gentes non dicim⁹ eum
Nazir, neq; Cados, sed rem exprimimus nostra lingua, &
uocamus, id est, prædicamus eum Ἀγιον, Sanctum, Heilig
&c. Quemadmodū Prophetæ istam confessionem Chris-
ti in terris futuram prædicunt. Aiunt enim, Vocabunt
eum Dominus Iusticia nostra. Et uocabitur nomen eius
Immanuel. Post quos Angelus Gabriel dicit, Spiritus
sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit
tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum uocabitur si-
lius Dei. Quemadmodum & Christus Ioha. v. prædictus.
Ut omnes honorificant filium, sicut honorificant & pa-
trem.

Atq;

IEREMIAE.

CCCXXXI.

Atq; hic uides, cum de re & non de uocabulo agimus, ut ante dictum, quam late pateat ista citatio, Nazaræus uocabitur, Respicit enim in legem & Prophetas, quod in Christo non solum omnis Sanctificatio impletur, sed etiam quod talis uocabitur siue prædicabitur, ut uideas non frustra dixisse Matthæum. Quod dictum est per Prophetas, dum admonere nos uoluit omnium ferè scripturarum quæ sunt de Christo.

Hæc dixi de re huius uocabuli Nazir, quam quisq; fidelis in mundo sua lingua exprimit de Christo, in sa-
lutem suam, ad gloriam Dei Patris.

Apud suos uero Hebræos, CHRISTus erat hebræa lingua Nazaræus uocandus, ut hic ex scriptura uult Matthæus, id quod non potuit fieri secundum Legem, nec debuit, quando Christi Sanctificatio & Iusticia siue Nazareitas non est Legis. Nemo enim uidit eum obser-
uare legem Nazaræorum, ne ex uita Christi faceremus nobis regulas Monachales contra CHristum & Euangeliū eius, siue contra Iusticiam fidei. Siquidem bibebat Vīnum, de quo & Pharisei accusant eum, quasi non ita sanctum, ut a uulgo prædicatur, nam si talis esset, non biberet uīnum, ut uel ex hoc uideas, quam magnam spe-
ciem sanctitatis tunc habuerit obseruata lex D E I, quæ erat de Nazaræis,

Permitit Christus hanc sanctitatis speciem alijs, des-
dit & sanctissimo Iohanni hanc speciem coram homini-
bus supra modum humanum, cui non dederat signa &
miracula facere, ut uiro, probata & sanctissima & admis-
randa uita, de CHRISTo testimonium ferenti, crederetur
a populo legis, qui tales speciem mirabatur, ut simul nō
habeant excusationem, qui tali uiro, quem sanctissimū
iudicabant, & Messiam esse suspicabantur, non crede-

SSS iii bant,

CAPVT

XXXI.

bant, quemadmodum Iohan. i. dicitur. Hic uenit ut testis
monium perhiberet de lumine. CHR Istus autem non
opus habebat tali specie, qui prodigijs & diuinis operis
bus potuit ostendere quis esset.

Quando itaq; non potuit ab Hebræis siue Iudæis,
secundum legem Nazaræorum, quam non seruabat, Na
zir uocari, id est, Sanctificatus uel Consecratus, cum ta
men ipse unus esset, in quem omnis Sanctificatio Legis
respicit, quæ coram Deo in conscientia sanctificare non
potuit, quia hæc gloria soli debetur Christo, vocatus est
a Patria, quæ uidebatur Nazareth, nomine gentili, No
ztri, id est, Nazaræus siue Nazarenus, eodem plane si
gnificato, sanctificatus siue Domino consecratus, quan
do eisdem scribitur literis per Zain, ut scribi debet, non
per Sadick:

Atq; ita CHristus apud homines, licet alia ratione,
sortitus est nomen, ut uocaretur illud quod Ipse uere es
rat coram Deo, & quod postea totus mundus de eo con
fessurus erat, ut supra satis diximus.

Hoc nomine uoluerunt Scribæ & Pharisei suspe
ctum eum reddere, quasi non esset CHRIstus, quia ex
Nazareth, non ex Bethlehem, ut aiebant, uenisset, Ioha.
vij. & viij. Sed CHRIstus libenter agnoscebat hoc no
men, & Populus uocabat eum Prophetam a Nazareth,
quod interpretatur Separatio uel Sanctificatio, Et Pilat
tus literis Hebræis, Græcis & Latinis hanc appellatio
nem affixit cruci saluatoris, non dubium quin uolunta
te & consilio Dei, Nec erubescunt Apostoli de hoc no
mine, quando accepto Spiritu sancto, prædicant Euangeli
um apud Iudeos. Sic enim ait Petrus acto. ii. Iesum
Nazarenum uirum approbatum in uobis etc, Et cap. iii.
In nomine IEsu CHRisti Nazaræi siue Nazarenis surge
& ambula.

IEREMIAE.

CCCXXXII.

& ambula. Et. iij. Per nomen Iesu CHRISTI Nazarenus, quem uos crucifixistis, quem Deus suscituruit a mortuis, ille astat coram uobis sanus. Et coram Gentibus Acto: x. Iesum a Nazareth etc, Et Actor: xxij. Paulus narrat CHRISTUM iam glorificatum dixisse. Ego sum Iesus ille Nazarenus, quem tu persequeris. Et Actis. xxvi. Ego quidem existimabam me aduersum nomen Iesu Nazareni multa repugnando facturum etc.

Vnde etiam tunc Nazaræ siue Nazareni dicti sunt Christiani, sed per contemptum, quasi stulti, essent, qui crederent illum esse Mefsiām, qui ex Nazareth ortus esset, & non ex Bethlehem, ut dicebatur. Quemadmodum nunc per contemptum uocamur Lutherani. Sed ut tunc Christiani, ita nunc libenter ferimus talia nomina, De causa unde nobis ueniunt gaudentes, tantum abest ut hoc iniquo feramus animo, donec & blasphematoribus illucescat ueritas ut Paulo, aut iudicium eis meritum contingat ut multis alijs. Sic enim habes de contemptis Nazarenis, Acto. xxiiij. Nacti sumus uirum hunc pestiferum Paulum, & concitantem seditionem omnibus Iudeis in uniuerso orbe, & autorem sectę Nazarenorum, Videlur & ipse Paulus hoc nomen libenter agnouisse, cum ait, Roman. i. Segregatus in Euangelio DEI, Et Gal. i. Qui me segregauit ab utero matris meae etc.

Hæc omnia dixi, nihil moratus illos, qui in titulo erucis scribunt Nozri per Sadick siue Sadi, Nam hic est mira inconstantia scriptorum. Siquidem alijs scribunt Nozri per Zain, ut scribi deberet, quemadmodum per Zain scriptum est in Annotationibus Erasmi in Euangelium Lucæ, quæ excusæ sunt Basileæ, Anno Domini M.D.xxij. Putant enim Hebraicæ hunc titulum scri-

SSss iij. bentes.

CAPVT

XXXI.

bentes, nihil referre, siue per Sadick siue per Zain Nos
scribatur, modo eadem maneat uox, sed male, meo
quidem iudicio, si predicta aliquid apud nos esse de-
bent Curant tantum ut uocem referant, & nihil referre
putant quod haec uox respiciat. Pagninus contendit in no-
uo testamento ubique scribendum esse Nazareth & Na-
sareus uel Nasarenus per s. non per z. Quare? Quia le-
git Romae in titulo crucis Nostri per Sadis scriptum, quo
etiam credunt ex Ierusalem translatum titulum crucis
Domini. Quasi uero talibus uel erroribus uel mendacij
non scateat tota Roma. Euangelistae uero semper per z.
scribunt, id quod confirmat omnia quae hactenus dixi-
mus.

Verum ut tandem finiamus, audiamus uel ipsum
Christum, de sua Nazareitate dicentem, Ioan. x. Si illos
dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest
solui scripture, quem pater Sanctificauit & misit in mun-
dum, uos dicitis blasphemare, quia dixi, Filius Dei sum.
Quem, inquit, Pater Sanctificauit & misit in mundum.
Audis non Legis, sed DEI Nazareum uerius quam
Samson fuit, et Nazareum a Patre in mundum missum,
ut liberet populum suum etc, Iudei hodie, qui sunt spu-
ria fex Iudeorum, uidentes quod hoc nomen libenter
agnoscimus, quod olim Iudei per inuidiam in ignomi-
niam Domino Christo dederunt, quae est eius gloria &
nostra, incipiunt uerum Messiam Dominum gloriae Ies-
sum Christum uocare Notzri, id est, perditum & uasta-
tum, cum ipsi potius sit Notzrim, id est, perditi, uastatii,
dispersi per totum mundum, abiecti a sua terra et a Deo,
abique spe reuertendi, nisi reuertantur ad Dauidem Re-
gem suum, cuius Regni non erit finis, ut de reductione
spiritual Iudeorum diximus hic in Ieremia & ante.

Ex his

Ex his omnibus uides rursum, quod Matthæus hac citatione ex Prophetis, Nazaraeus uocabitur, nihil mortuus est Lucianicos & calumniatores, sed Christianos utiliter exercere uoluit. Et ego hic non calumniatoribus satisfacere uolui, id quod video fieri non posse, sed potius cum meis Christianis fratribus, occasione huius citationis, ingredi in latissimos scripturæ campos, ad gloriam Christi, ut postquam pie dixi, etiam alijs dem occassionem diligentius inuestigandi scripturas quæ de Christo sunt. Nam scire debemus, quod Prophetiæ fidelibus datae sunt, non infidelibus, ut ait Paulus. Nunc reuertamur ad nostrum Ieremiam.

EST MERCES OPERI TVO.

Paulus 1. Cor. xv. de resurrectione mortuorum hanc sententiam sic dicit ex Ieremia. Labor uester non est inanis in Domino. Hinc Sophistæ & iusticiarum uulgas, ignorantes iusticiam Dei per fidem in Christum. Ro. ij. statunt iusticiam operum coram D E O, contra Euangelium gloriae Dei, Opera nostra, inquiunt, habent mercedem, ergo operibus iustificamur. Consequentia est bona secundum Marcolphum, Seruus & operarius accipit mercedem pro operibus suis, quemadmodum Christus dicit, Dignus est operarius mercede sua, Ergo operarius per opera sua fit filius & haeres omnium bonorum Domini sui, Recte dixit de eis Paulus, Inquinata est ipsorum mens & conscientia, Etiam sensum communem amiserunt. Nos toties illis respondemus ex scripturis, Opera Christianorum, quæ quisq; ex mandato Dei secundum suam uocationem facit (alia enim ex doctrinis & mandatis hominum, in cultu DEI, ut uocant, sunt idolatria) Illa opera, inquam, placere Deo, & magnam habere remuneratio-

*Operibus &
passionibus
nostris reddit
Deus merce-
dem non me-
ritam, sed pro-
missam:*

T T t t nem, non

CAPVT

XXXI:

nem, non sua dignitate, sed propter Dei promissionem,
& esse bona coram Deo & accepta, non sua bonitate, sed
propter personam opera facientem, quæ est bona arbor
facta & iustificata per fidem in Christum, Christus cum
suo Spíritu est in illa persona, ergo placent Deo omnia
opera eius, ita ut & mercedem promittat Deus pro ope-
ribus eius & præsentem & futuram, & reddat mercedem
non meritam seruis sed promissam filijs. Siquidem Deus
sanctis promissionibus confortat suos Christianos, quando
bona facientes & ex charitate alijs seruientes indi-
gnam referunt mercedem ab ingrato mundo.

Hic opus & labor, more scripturæ, non solum signifi-
cat id quod facimus, sed etiam quod patimur propter
bene facta nostra, quemadmodum ex Paulo notum est. i.
Cor. xv. Et Christus dicit Venite ad me omnes qui labo-
ratis & onerati estis. Psal. Laborauit in gemitu meo &c.
Et latini dicunt Laborare ex capite, Labor & dolor in
psalmis saepe coniunguntur, Immo etiam hoc loco, quod
mireris (hæc est enim gratia) labor sive opus Iesu
remia significat ea quæ patiuntur Iudæi propter iniqui-
tates suas & malefacta, & promittit Deus mercedem, id
est, quod bene facturus sit eis, post ista mala, immo pro-
sistis malis quæ nunc merito patiuntur propter peccata
sua. Hac promissione consolatur eos Deus, ne in hac ten-
tatione propter sua peccata despondeant animum, ne ius-
dicens se ad hoc abiisci ut pereant, Restat, inquit, merces,
id est, consolatio & beneficentia Dei pro opere tuo, id est
pro eo quod nunc sustines, Esaias audet etiam dicere cap.
xl. Suscepit de manu Domini duplicita pro omnibus pec-
catis suis, Mirabile meritum dicit peccata, quod certe ma-
lum pertineret ad infernum, nisi ita nihil aliud quam Gra-
giam Deus declarare uellet.

Quare

Quare ualde intempestive citatur hic locus pro iusticia operum. ubi non de merito humano, sed de Gra^{tia} Dei dicitur, Noli plorare bona Rachel, Pro hac miseria & afflictione qua laboras, accipies consolationem & temporalem & æternam, Mala pateris, sed sic uoluisti, contemnens meos Prophetas & uerbum meum, sed ne sic quidem te deseram, Valde necessaria est hæc consolatio afflictis conscientijs, dum se propter peccata metuant perpetuo abiiciendas, in quo uides summam & ineffabilem Dei erga nos benignitatem, etiam postquam peccauimus, tamen, inquit, reuertere ad me, & bene fiet tibi, ut supra dictum ca. iiij. & sæpe alias.

Summo studio his consolationibus occurrere debemus per uerbum hominib⁹ qui ita pereunt, quando etiam talibus consolationib⁹ & promissionibus opus est iustis, qui patiuntur propter iusticiam, id est, propterea q^{uod} consententur Christum, quod prædicant Christum, q^{uod} quisq^{ue} facit bona opera secundum suam in Christo uocationem, Alioquin quis in tanta mundi ingratitudine, blasphemis, scandalis odio, persecutione consistet? Ista Paulus horatatur, Stabiles sitis, immobiles, abundantes in opere Domini (non Monachali) semper, cum sciatis (uos Christiani filij Dei per solum Christum) quod labor uester (non monachalis supersticio) non est inanis in Domino, Hic simul significat Paulus quæ faciebant pro Euangelio & quæ patiebantur, Nam de resurrectione nostra illuc agit quæ gloria sequetur post tribulationes, de quibus dixerat illuc, Si in uita hac spem tantum in Christo fixam habemus, maxime miserabiles omnium hominum sumus. Hoc etiam Epistola ad Heb. ita expræssit ca. x. Ne abieceritis fiduciam uestram, quæ magnam habet præmij retritionem,

T T t t ij butionem,

CAP.VT XXXI.

butionem. Nam patientia uobis opus est, ut ubi uolunta-
tem Dei peregeritis, reportetis promissionem &c.

Sed hanc fiduciam, hanc patientiam & bona opera,
quæ uocantur uoluntas DEI, non intelligunt Sophistæ,
tantum somniant sibi cappas & horas Canonicas, cultus
& religiones & opera, quibus coelum deberi impie do-
cent, & credunt ea esse meritoria uitæ æternæ. Et his ex-
cogitatis & per mendacium Satanæ effectis, affingunt
postea scripturas, quæ de operibus & patientia filiorum
DEI loquuntur, id est, de bonis fructibus bonarum ar-
borum, nō loquuntur de operibus impiorum qui Euangeliū
CHRISTI oderunt & persecutur. Loquuntur
uero filijs DEI qui promissionibus Dei credunt, & ten-
tationibus premuntur, qui non querunt iustificari co-
ram DEO suis operibus ut Phariseus, Lucæ. xvij, sed
aliam iusticiam agnoscunt.

Hi filij Dei recte uocant ex scriptura et uerbo Dei
mercedem illa beneficia, quæ Deus promittit operantib-
us & patientibus. Si qui autem ex eis, sine scriptura &
sine uerbo Dei uoluerint talia etiam appellare meritum,
libere non contentiose, non propter operantem, sed pro-
pter promittentem, per nos licebit. Non male dicitur
quod fortasse pie dicitur, modo non cum periculo dica-
tur, id est, modo per hoc nihil asseratur contra scriptu-
ram Dei, nihil decedat iusticia illi, qua iustificantur im-
pij coram Deo per solum Christum. Non satis est hic ar-
gumentari ex ratione humana. Est merces in scriptura,
ergo est & meritum. Valeat hoc argumentum in alijs,
hic, ubi gratia prædicatur, nihil est. Nam ut diximus, me-
ritum nostrum est malum, merces a DEO grataute pro-
missa est bona, quam ex Gratia accipimus non merito
nostro,

IEREMIAE.

CCCXXXV.

nostro, Merces D E I est in scriptura, meritum hominis
scriptura non agnoscit, nisi meritum gehennæ ignis.

Hæc de fructu iusticiæ Dei siue fidei, id est, de prædicatione, confessione, bonis operib⁹, & patientia Christiana diximus, ut hic locus postulat. Verum unde fiamus bonæ arbores ad ferendos tales fructus, ut iusti simus peccato ablato, simus filij Dei, Deo accepti, & hæredes Regni æterni, ne tantillum quidem Sophistæ & Papistica factio nouerunt, neq; de hoc solliciti sunt, sed hoc oderunt & persequuntur non minus atq; Pharisæi uel gentiles. Suam enim iusticiam uolentes statuere, iusticiae Dei non sunt subiecti Roma, ix. & x.

Hæc ut alias, ita & in expositione trium capitum Matthæi, qui uocatur Sermo Domini in monte, Lutherus dilucide in fine tractauit, et Philippus Melanthon in Apologia, Iccirco eò Lectores remitto, quando hic locus Ieremiæ nunc plura non postulat.

VERE AVDIVI LAMENTA

tionem Ephraim. Sicut sollicitum se dixerat Dominus Misericordia pro Iuda, ita hic sollicitum se dicit pro Israele, siue pro E= D E I, etiam phraim, id est, decem tribubus iam dudum in captiuitate quando puniagentibus. Et significat, iam illic electos ueram ex corde mur propter agere pœnitentiam, & spiritualiter, id est, fide iam re= nostra peccata uersos ad Dominum, itaq; orare & inuocare D E I misericordiam agnoscentes sua & patrum peccata in afflictione captiuitatis, qui, ubi erant abundantes ex beneficijs Dei in terra sua, D E I uerbum cum sanctis Prophetis contempserunt.

In quo uides rursum ineffabilem Dei erga nos benignitatem, etiam quando suos electos propter peccata puniit, Nam ad hoc castigat, quemudmodum filios, ut TTt iij emendentur,

CAPVT

XXXI:

emendentur, Sic imp̄issimus Manasses in captiuitate
sit pius & redditur Regno, Sic latro cum Christo cruci-
fixus saluatur, Hoc est quod hic Deus dicit suos electos
ex decem tribubus lamentari & orare simul, & confite-
ri suum peccatum & DEI bonitatem iam in captiuitate.
Iccirco se eos reducturum ex solita bonitate & miseri-
cordia. Atq; hæc dicit per Ieremiam coram Iuda, ut mul-
to minus desperet, quando audit despectissimos Idolas
tras recipiendos a Deo.

Castigasti, inquit, me Domine, non perdidisti affli-
ctione, ut iuuenculum recalcitrantem contra tuum uer-
bum, & Prophetas. Et castigatus sum, id est, emendatus,
non certe meo libero arbitrio, sed tuo opere, id quod sic
additur in hac lamentatione Ephraim. Conuerte me,
Domine & conuertar, Nisi enim tu Domine conuerte-
ris peccatores, actum est de eis. Nam quando conuertes
bar uel postquam tu me conuertisti, agebam pœnitentia-
tiam, id est, non sic recalcitraui ut ante, sed proposui mihi
meliora, id est, obedientiam uerbi tui. Hoc est unicum
uotum tribulati cordis Deo præstandum, Quod omnes
pij uouemus, ubi sentimus nostrum peccatum, per os-
tentationem DEI siue reuelationem Legis, De quo uoto
sæpe in Psalmis dicitur.

Tunc percutimus fœmū & maxime dolemus, siue
ex corde pœnitent nos offendisse Deum, Quemadmo-
dum parturientes fœminæ, ubi dolorem suum in angu-
stia sentiunt, percutiunt fœmur suum uel continuer-
tent manum suam super fœmore, Et confundimur, iam
primum uidentes ignominiam nostram, ut Adam suam
nuditatem, ut tandem confusa meretrix, siue adultera,
quæ in iuuentute lasciva, & maritum & omnem hone-
statem contempnsit, ut supra dictum capit. iij, etc.

Contra

IEREMIAE.

CCCXXXVI.

Contra uero, Impij in illis tribubus, sicut semper a-
lij impij, non sunt emendati miseria & afflictione capti-
uitatis, quemadmodum Ezechiel conqueritur sepe con-
tra duas tribus, deinde & contra totum Israelem. Et E-
saias dicit, Populus non est reuersus ad percutientem se.
Volunt quidem liberari a poenit., & clamant, sed pecca-
ta & Idololatrias & blasphemias in uerbum Dei, et con-
temptum, & malam uitam non deserunt, ut ex corde res-
uertantur ad Dominum, & glorificant eius uerbum &
Prophetas DEI siue prædicatores. Haec est poenitentia
Esau, de amissa benedictione dolentis, poenitentia Pha-
raonis plaga Dei sentientis, poenitentia Iudæ solum at-
tendentis terrores suæ conscientiæ, a quibus uoluunt qui-
dem esse liber, sed misericordiam & bonitatem DEI,
quam prædicauerat, non agnoscebant, quemadmodum et
impij Iudæi in terra captiuitatis in hac & simili blasphe-
mia perseuerabant.

Neq; uero hoc loco negligendum est quod hic Ie- Exemplum ut
remias tacite indicat, quod expresse supra dixerat capit. Et alij conuer-
vij. Nolite confidere in uerbis mendacijs, dicentes, Tem- tentur.
plum Domini etc. Et sugillat duas tribus quibus loqui-
tur cum omnibus Principibus, Scribis, Sacerdotibus &
eorum Prophetis, quasi dicat. Israelitæ, qui propter uer-
bi Dei contemptum abieci sunt, iam in captiuitate inci-
piunt esse pij, inuocant Deum & exaudiuntur, sine fa-
cificijs Legis, sine Templo, sine altari. Vos autem ha-
bentes hic talia, non exaudiimini a Deo, non estis popu-
lus DEI, sed tales quos Deus nunc abiçere uult, quia
estis impij. In quo uides libertatem legis prædicari. Non
uos propterea estis pij, quia talia habetis, neq; illi propte-
rea impij, quia talia loca, cultus & sacrificia non habent.
Quia illi misericordiam DEI agnoscentes exaudiuntur,

T. T. t. iiiij. uos au-

CAP V

XXXI.

uos autem in errore perdurantes, impie confiditis in Dei donis contempto donatore, qui contemnitur, dum eius uerbum & Prædicatores contemnuntur. Non hoc dico, quod tunc licuerit Templum DEI & reliqua sacra contemnere aut negligere. Nam in hoc contemptus fuisset Deus, qui talia suo uerbo commendauerat, & ob hanc impietatem decem tribus iam abiecte fuerant in captiuitatem. Sed peccabant Hypocritæ qui talibus confidebant, & interim blasphemabant et negligebant Dei uerbum, per quod et propter quod alia sacra erant instituta, quo neglecto, alia nihil erant. Id quod Deus declarauit, quando populum longe ab illis sacrís abiecit, & pios uel in captiuitate exaudiuit & saluos fecit, ex sola bonitate & non ex operibus Legis, quemadmodum legis in Danielis oratione, cum esset in Babylone, Dani. ix.

*Consolatio
perditi Ephraim.*

Aduerte etiam, quod ut ante Rachelis, ita hic non sine causa Ephraim meminit, quo nomine, ut dixi, decem tribus significantur, quod post separationem Regni primum Regem ex tribu Ephraim habuerint, uidelicet Ieroboam, qui peccare fecit Israelem uitulis aureis, quod peccatum perdidit postea omnes Reges & totum regnum, donec abiicerentur in captiuitatem. Videtur ergo hec appellatio hic ad consolationem pertinere, quæ illis est alibi in scripturis expobatio, quasi dicat, Quamvis Israel ē Ephraim, id est, perditus populus ob peccatum Ieroboam, uel Ephraim, id est, alienus a Dauidis Regno, a quo defecit ad Ieroboam, & dereliquit cultum uerum Dei, tamen miserebor &c.

NONNE EPHRAIM. Miserebor Ephraim, Quare? Non propter ipsum, sed propter meam promissionem. Hæc est Euangelica Gratia, Deus benefacit

I E R E M I A E : CCCXXXVII.

ne facit nobis & corporaliter & spiritualiter, propter suam promissionem, Qui & iumentis dat escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, tantum quia Deus est, multo magis suis filiis, quia promisit, Non separat ita nos a Deo peccatum & nostra indignitas, promissio Dei perire non potest, Eam fide suscipiamus, & remittamus ad Satanam ipsius tristicias, melancholias & desperationes, Deus praecepit ut gaudeamus in ipso &c.

Pergit uero ita, Quia Ephraim ille peccator populus, est Mihi præciosus filius, & puer desiderabilis, quem habeo in delicijs, (cur nos Christiani non agnoscimus quo præcio redempti sumus?) Conturbatus sum in corde meo ego Deus, propter languentem & pereuentem filium, ut pater conturbatur, Ideo quærar ei auxilium & sanitatem &c.

E R I G E T I B I S I G N A . Vult quidem sanare Deus Ephraim, sed etiam uult ne ipse obliuiscatur in quibus peccatis & malis fuerit, ne rursum deficiat ad ingratitudinem, quemadmodum Paulus dixit Corinthiis, Scitote, quod Gentes fuistis, ad idola muta, ut ducebamini, euntes, Et 1. Cor. vi. Et hæc fuistis, sed abluti, sed sanctificati estis per nomen Domini Iesu & per Spiritum Dei nostri.

S T R A T A M . Hoc est, non lutosam uel impeditam, ut hactenus ambulasti in via erroris & perditionis, Dirige, inquit, cor tuum ad uitam stratam, solidam, ueram, in qua Ego Deus ambulaui, id est, quæ est via Domini, qua iter recta ad Deum, & sequimur Deum per Dei uerbum ad uitam æternam, quæ illis est reductio spiritualis, ut reducantur etiam corporaliter ad cultum

V Vuu illum

CAPVT XXXI.

illum uerum Dei in Ierusalem, ubi postea suscipient suum Messiam, Psal. Beati immaculati in uia, qui ambulant in Lege Domini. Non enim qui operantur iniquitatem, in uis eius ambulauerunt. Vulgo hic transferunt, in qua ambulasti, uidelicet, olim in patribus sanctis, tunc ambulauit Israel in uia strata Dei, nunc perditum iuit, quemadmodum Malachias prædictis de Elia, id est, Iohanne Baptista. Ut conuertat corda patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipsorum, quod exponit angelus, Lucæ 1. Incredulos ad prudentiam iustorum.

R E V E R T E filia Israel siue tu Es-
*Fœmina circu-
 eundabit vi-* phraim, ut in terra tua, secundum promissiones Dei, acci-
rum, id est, pias Messiam non ex uiro & muliere natum, ut nascun-
*Virgo conci-
 tur nunc omnes homines, sed ex sola fœmina, secundum
 piet de spiri-
 tu sancto,* carnem, id est, ex uirgine, Dominus enim creabit nouam
*rem in terra, Fœmina circumdabit uirum, Hoc nouum,
 CHRISTum in-
 & hanc nouam rem ita uarie exponunt, ut nescias quid
terra Ephra- Deus his uerbis promiserit, Turpe est uarijs interpreta-
*im. Non est a-
 lia sententia
 horum uer-
 borum.* tionibus & expositionibus lacerare & dubiam facere alibi
 scripturam, quod Iudeorum Rabini obscurissimi uiiri sua
 cæxitate faciunt, stulti sunt qui credunt eis. Hic uero tur-
 pissimum fuerit, ubi Dominus promittit nouam rem, que
 nunquam fuit, se creaturum in terra Israel siue Ephraim,
 quia de illa terra decem tribuum loquitur, cum dicit, Re-
 uertere filia Israel ad hasce terras tuas.*

Aliqui exponunt Fœminam & uirum collectiue, singulare pro plurali, sic, fœmina circumdabit uirum uel
 induet uirum, uel mutabitur in uirum, uel erit uir, hoc
 est, qui nunc trepidant ut imbellies & imbecilles fœminæ,
 qui nunc dolent & percutiunt fœmur ut parturientes fœ-
 minæ, qui nunc premuntur alieno iugo ut uxor sub malo
 marito.

IEREMIAE.

CCCXXXVIII.

marito, erunt uiri, fortes, alacres, liberi, cōfidentes & bene
habentes in nomine Domini, post Babyloniam captiuis
tatem, Ita, inquiunt, Fœmina circumdabit uel induet ui-
rum, Quæ est coacta & uiolenta expositio , maxime in
uerbo Circumdabit, ut nunc nihil aliud dicam, Sed quæ
est illa noua res quæ nunquam ante fuit super terram? Nonne &
antea olim patribus in angustia & desperatio-
ne agentibus, maxime in Aegypto sub Pharaonis iugo,
dedit Deus animum, ut fœminæ fierent uiri, & exirent
ex Aegypto in terram promissam potentia Dei, si hoc est
Circumdare uirum: fuit ergo & antea haec res super ter-
ram, ut non sit haec res quam Dominus nouam creabit,
Alij exponunt per uulgatam in scripturis allegoriam, quā
sæpe etiam in hoc Propheta uidisti, ut fœmina sit populus
uxor Dei, uir sit maritus Deus, sic. Fœmina quæ iam de-
seruit ut adultera uirum Deum, tunc circumdabit uirum,
id est, adhæredit Deo, si Circumdare pro adhærere acci-
piendum est. Sed haec non est noua res quam de nouo
creaturis sit Dominus super terram uel in terra, quæ nun-
quam antea fuerit, Siquidem & patres sancti & fidelis
populus ante quoq; olim adhæserunt Deo sanctificati per
uerbum Dei, sub Mose, Sub Iosua, sub pijs Iudicibus &
Regibus &c. Ex nostris, aliqui recte intendentis in hunc
locum quod hic dicitur de nouo testamento, id est, de re-
missione peccatorum in regno Davidis, id est, Christi, sic
interpretantur, fœmina, id est, conscientia nostra circum-
dabit uirum, id est, libera erit a damnatione legis, & erit
superior Lege in nouo testamento per Gratiam Christi,
ut Paulus loquitur Ro, viij. Hæc omnia sunt bonaæ sen-
tentiae, sed nihil ad uerba Ieremiac.

Maiores nostri ante nos intellexerunt de matre sal-
uatoris pregnante, quæ est uera sententia huius promis-

V V u u ij sionis,

CAPVT XXXI.

sionis, sed illud quod dicitur, in terra uel super terram, non satis attenderunt. Generaliter enim intellexerunt, super terram, id est, in mundo, cum tamen Ieremias hic speciatim de terra Israel siue Regno Ephraim, ut olim erat, loquatur, quæ res etiam singularem Prophetiam addit de terra, ubi Christus sit concipiendus, & in utero matris gestandus, & postea educandus, ut frustra irriserint Iudæi Dominum nostrum Iesum C.H.R. Istum, uocantes eum Nazarenum & Galilæum, & calumniantes, quod non posset ipse esse Messias siue Christus, qui ex Nazareth & ex Galilæa terra Israel uenisset, quando Christus promissus erat ex terra Iuda ex Bethlehem, secundum Prophetiam Michæ. Et tu Bethlehem terra Iuda etc. Non uiderunt cœci Iudæi sicut ne hodie quidem uident hanc Prophetiam Ieremiæ de CHRIsto & matre eius, de qua nunc dicam.

Reuertere, inquit, filia Israel, reuertere ad hasce ciuitates tuas, id est, Vos ex Regno Israel siue Ephraim, qui estis abducti e terra uestra per Assyrium, qui agitis in desperatione quasi nunquam sitis recipiendi a Deo. Non enim habetis promissionem de reducendo, ut alio quando reducamini ad terram uestram unde eiecit uos Dominus propter iniquitates uestras & contemptum uerbi sui, accipite nunc promissionem DEI. Reuertimini ad uestras ciuitates in terram patrum uestrorum. Et licet desertricem patris & mariti uocet, id est, meretricem & adulteram, ut agnoscat sua peccata, & credat se recipi non suo merito, sed sola Gratia DEI, tamen simul etiam uocat filiam, & filiam Israel, ut bene adhuc speret de misericordia DEI, maxime nondum perisse apud Deum illas maximas promissiones de Messia liberatore, quem promiserat Deus Iudeis ex carne Abrahæ ueniturum.

turum in terram ipsorum. Nam prijs Israelitę iam in captiuitate poenitentiam agentes, metuebant Deum illas egregias promissiones retraxisse, quod tamen est impossibile. Nam illae promissiones de Christo, erant promissiones Gratiae Dei & gratuitæ, non promissiones legis, ut ante quandoq; diximus. Quomodo, inquiunt, ueniet ille liberator & triumphator Messias, filius Abrahæ, filius Dauidis, ad nos in terram nostram et in ciuitates nostras, quando inde abieci sumus, nec ulla spes est nobis illò redeundi, sub seruitute in captiuitate pressis, & Samaritani illic omnia occupant;

Quibus dicit Ieremias, Reuertere ad hasce ciuitates tuas, quo usq; te auertes filia desertrix, Dominus prestatib; in terra tua et in ciuitatibus tuis quicquid promisit tibi, maxime de CHRISTO, Dominus enim creabit nouam rem, in terra uestra Israellive Ephraim, in Regno quod uocabatis Regnum Samariæ, in terra decemtrium, Quæ res noua & a Domino creanda dicitur, quia a condito mundo antehac non fuit uel facta est, erat tamen promissa, & expectabatur a credentibus, sed creabitur a Deo noua in terra uestra, unde electi es sis. Reuertimini ergo in terram uestram, Deus suscipiet uos ut dilectos filios, quemadmodū suscipit filium prodigum & desertorem, Lucæ. xv. Accurrite, properate uos defortores ad terram uestram, Satis habebitis in terra uestra, etiam si non recipiatis agros & posseſſiones paternas, ut illi qui sunt ex Regno Iuda, Cum Cyrus soluerit, per DEI erga uos gratiam, captiuitatem, ne contemnите donum DEI, Redite huc, Non perierunt promissiones Dei de Christo, ut stulte metuitis.

Accipietis in terra Israel, primum & præ alijs, maxima illa dona DEI uobis promissa, summas diuitias,

V Vuu iij summas

CAPVT XXXI.

summas delicias, summam potentiam, liberationem ab
ira Dei, a peccatis uestris, a morte uestra, iusticiam & ui-
tam aeternam, uidelicet illum uirum Christum, qui uobis
promissus est, per Euangelium hoc. Semen mulieris
conteret caput serpentis. In semine tuo, o Abraham, be-
nedicentur cunctæ cognationes terræ, quem & uoces
Prophetarum promittunt, remissionem peccatorum ac-
cipere per nomen eius quotquot credunt in eum, ut dis-
cit Petrus Actis. x. In CHRISTo accipietis omnia, etiam
Deum ipsum, Col. ij. In CHRISTo estis completi, in quo
sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei recondi-
ti, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporali-
ter, qui est primas tenens in omnibus. Qui factus est no-
bis a Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio, i.
Corint. i. Ego sum, inquit, Iohan. xi. resurrectio & uita,
qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, & omnis
qui uiuit & credit in me, non morietur in aeternum.
Roma. i. Qui declaratus est filius DEI ex resurrectione
mortuorum etc.

Hunc heroa fortissimum, uirum potentem atq[ue] a-
deo uirum omnipotentem, utpote Deum & hominem,
accipietis uos Israelite primum in terra uestra, creante
DEO & faciente nouam hanc rem in terra uestra, quod
fœmina circundabit Virum, id est, Mulier, gestabit in
vtero illum fortem & omnipotentem heroa Messiam,
quem a Deo promissum iamdudum expectatis.

Cum virum dicit, non vulgarem virum dicit, sed
virum promissum, id est, Messiam, De quo, Adam post
lapsum suæ Heuæ prædicauit, & eam consolatus est di-
cens, Vides, charissima Heua, in quam miseriam et mor-
tem genus

tem genus humanum inciderit per nostrum peccatum,
& quam turpe hoc fuerit apud nostram posteritatem,
quod mulieris sūstātione deceptus & lapsus est homo.
Sed consolatus est nos Dominus Deus hoc suo Euāge
lio, Semen mulieris conteret caput Serpentis, Regnum
Diaboli, id est, peccatum & mortem, Ibi tunc honorabit
Deus rursum mulierem, quando mulier proferet nobis
saluatorem, quæ adduxerat mundo perditionem, Et ad-
didit Sapientissimus Adam. Si est Semen mulieris, est
uerius homo similis nobis. Si abolebit peccatum & mor-
tem, non erit ipsum Semen peccato et morti obnoxium,
ut nos sumus, Ideoq; non concipietur ex semine pecca-
ti, neq; nascetur in peccatis, ut nostra posteritas, sed sin-
gulari et nouo modo creabit illud semen Deus, illum uia-
rum contritorem capit is Serpentis, & triumphatorem
mortis, æternum & Regem & Sacerdotem, creabit, in-
quam, in vtero matris, ut sit semen mulieris, non semen
viri, quo fit, ut illa mulier siue mater fiat pregnans a Deo
sine uirili semine, virgo sanctissima, Sed, o bona Hæua,
quando in hac Euangelica DEI promissione diligenter
considero contritionem Regni Diaboli, id est, peccati &
mortis, sub quo premitur genus humanum, et nemo po-
test se inde eripere, Quis quæso potest conterere pecca-
tum & mortem & auferre a nobis iram Dei et triumpha-
re de Diabolo, nisi solus Dominus Deus? Ergo IEHO-
VA Deus ipse in ipsa ira sua, quando eiecit nos ex Pa-
radiso, recordatus est infinitæ misericordiæ suæ, & sua-
uiter arrisit nobis (licet nos tunc non aliter quam iratū
uidere potuimus) quando dixit deus Verbum, id est, fi-
lius Dei, Semen mulieris conteret caput Serpentis, qua-
si diceret, Ego ipse ero in illo Semine mulieris, Nam qui
conteret caput Serpentis, id est, peccatum & mortem,

V V u u i i j necesse est

CAPVT

XXXI.

necessæ est ut sit Deus, Si ergo erit Semen mulieris, erit uerus homo, Et si conteret caput Serpentis, ut promissio Verbi dicit, erit etiam uerus Deus, Rursum. Si homo uerus est, oportet eum mori, Etsi conteret Caput serpenti, id est, destruet peccatum & mortem, necessæ est eum resurgere & de peccato & morte triumphare in dextera Dei, Hæc omnia promissa sunt nobis in illo semine mulieris quod DEVS ipse futurus est homo, destructurus morte sua imperium mortis et abolitus iram Dei a nobis. Hic Vir restituet nobis omnia quæ amissimus, nos nihil possumus, nulla creatura nos liberare potest, quod ad nos attinet manemus in morte, Hic uir diuinus restituet nobis omnia, hic erit Germen iustum, Rex cœlestis, qui faciet iudicium & iusticiam in terra, contra nostros errores, peccata & iniusticiam, quæ nos inueximus in orbem terrarum, & uocabitur, agnosceretur, prædicabitur in mundo apud posteritatem nostram, IEHOVA DOMINVS iusticia nostra, Hunc, necesse est, ut fateamur gigantem & heroa fortissimum (quod est Hebreis Gibbor Esaiæ, ix, uel Geber hic) atq; adeo uirum Omnipotentem, qui non solum futurus est homo, Semen mulieris, sed etiam Dominus Deus contritor capitis serpentis. Hunc uirum Deum & hominem concipiet mulier in utero & gestabit in utero, & pariet hominibus salutem, iusticiam & uitam æternam, Concipiet autem mulier illa non ex uiro, quemadmodum omnes alij homines, post nos, concipientur ex uiro a muliere, immundo peccati semine, sed alio modo, & noua DEI operatione, sine uiro, Quia Semen mulieris erit, & non Semen uiri, quemadmodum promisit Dominus Deus Verbum Dei, Longa quidem serie generationis ueniet illud Semen ex Me Adam, (unde ueniet totum genus humanum) & ex alijs patribus

Ijs patribus secundum carnem, quia ueris homo erit,
sed cum ad illud ipsum Semen uentum fuerit, ordine ge-
nerationum, ut concipiatur & nascatur, tunc Deus faciat
et nouam rem, quae ante nunquam facta est, Accipiet so-
lam mulierem ad hanc conceptionem, & faciet noua &
singulari operatione diuina nouam rem, non vir faciet
ibi aliquid, non enim erit uiri Semen, sed Dominus faciat
et, qui promisit, & creabit de novo, nouam rem, quae ante
non est facta uel creata, Mulier circundabit & gestabit
in utero Semen illud mulieris promissum, non semen
uiri. Circundabit, & concludet intra uiscera materna
maximum & fortissimum illum gigantem contritorem
capitis Serpentis, uirum illum Omnipotentem. Me Ad-
damum fecit Deus primum uirum ex limo terræ, Te
Hœram deinde fecit Deus primam mulierem ex mea co-
sta, Et ordinavit & constituit suo omnipotente uerbo,
quando dixit, Crescite & multiplicamini, ut ex uiro &
muliere proueniant omnes homines, Hæc est creatio dei
& ordinatio de hominibus, Tunc autem creabit et faciet
Dominus nouam rem, ut mulier circundet in utero ui-
rum contritorem capitis Serpentis, qui non sit Semen
uiri, sed Semen mulieris, id est, uirginis matris, O bea-
tos, qui uiderint & audierint eum, Utinam mihi liceat
eum uidere & audire, Hic interim tamen est spes & fi-
ducia mea coram DEO, Eum expecto redemptorem, in
eum spero & confido, in his miserijs, peccatis & morte
nostra, per eum recipimus rursum a Deo in gratiam, ac-
cepta remissione peccatorum, Credo Euangeli & Dei
promissioni, Semen mulieris conteret caput serpentis.
Crede & tu, mea Hœra, & cosolationem DEI in hoc Es-
uangelio suscipe, bene sperans de misericordia Dei pro-
missa, nobis in Semine mulieris, atq; adeo tu magis be-
XXX ne sperato

CAPVT XXXI:

ne sperato & amato hoc Euangelium, quod non solum
audis liberationem, sed etiam mulieris maximam glori-
am, quę incidiſti in maximam ignominiam, etiam coram
mundo, Semen mulieris, non Semen uiri erit ille contri-
tor Capitis Serpentis. Hęc erit gloria mulieris, etiam se-
cundum carnem coram mundo, erit et æterna gloria om-
nium, Iusticia, salus & uita æterna. Quid enim est, Cona-
teret Caput serpentis, aliud, quam, quod benedicentur
per illud Semen mulieris cunctæ cognationes terræ?
Cognationes terræ sunt maledictæ & per peccatum sub
Capite Serpentis, id est, sub Regno Diaboli, quibus Se-
men mulieris conteret Caput Serpentis, id est, redimet
eas a maledictione & ira DEI, a peccatis & morte, & fa-
ciet filios DEI, ad uitam æternam. Non est aliud nomen
sub celo datum hominibus damnatis, in quo nos oport-
eat saluos fieri, quam illud Semen mulieris, in quo De-
us constituit omnia, etiam se Deum, Sit Deo Gratia pro
ineffabili Gratia ipsius, quam obtulit nobis in hoc Euan-
gelio & promissione. Semen mulieris conteret caput
Serpentis.

Hac concione Gratiae Dei in Semine mulieris pro-
missæ, ex Adam accepta, animum & fidem Eua recepit
de remisso peccato per Semen mulieris, & præterea de-
lectata hac Dei promissione, cum peperisset filium primo
genitum Cain, Gene. iiiij. cum gaudio, sed per errorem,
erupit in hanc uocem, Posedi VIRVM IEHOVA
sive Dominum, Sic enim ad uerbum aperte legitur in he-
bræo, Quod transferunt, Posedi uirum a Domino, ue-
tus translator, Posedi hominem per Deum, sed frustra sic
transferunt, Proprie est, Posedi, id est, iam hic habeo, Vi-
rum Dominum, id est, Virum qui est Dominus Deus,
quasi dicat, Ecce Adam, Hic habeo Semen mulieris, nobis
a Deo,

a Deo promissum, quod conteret caput Serpentis, liberabit nos ab hac morte nostra, & reddet nobis uitam quam amissimus. Non dubium est, quin tunc sapientissimus Adam responderit, Charissima Eua, Non puto illud Semen mulieris, nobis a Domino Deo clementer promissum, tam cito statim uenturum. Quod tu nunc genuisti Semen non potest esse illud promissum Semen, Nam illud Semen erit Semen mulieris & non viri. Hoc autem quod tu nunc genuisti semen est viri & meus filius, quod nosti, Ergo hoc Semen quod nunc genuisti non potest esse illud Semen mulieris a Deo promissum, Non possedisti, id est, non habes Virum Dominum qui conteret caput Serpentis.

Misera autem Eua, dum expectat Salutem in filio Cain, Ipse Cain fit infidelis hypocrita & iusticiarius idola latra, confidens in suis operibus & sacrificijs, quae a patre Adam didicerat esse praestanda, & non confidens in Semine a Deo promisso, quemadmodum Euangeliū a patre audierat, Nam Adam & Eua suis filijs, hoc Euangeliū, Semen mulieris conteret Caput Serpentis, sāpe egregie prædicabant, per hoc ædificantes & constituentes Regnum coelorum, Regnum Dei, Regnum Christi siue Ecclesiam super terram, Ideoq; opera Cain & Sacrificia non fuerunt accepta Deo, nec ipse potuit inuocare Deum, nec recte docere de misericordia Dei in Semine promisso, Quia, ut Paulus ait, Quicquid non est ex fide peccatum est, Cum autem attendisset opera & Sacrificia Abrahæ fratri sui Deum inuocantis placere Deo, inuidia mortis occidit fratrem suum Abelem. Habes itaq; bona Eua hominum occisorem, quem tu putabas fore hominum liberatorem & mortis triumphatorem, Disce ergo in tuis miserijs & calamitatibus uiuere in fide Seminis promissi,

XXXij ut redeas

CAPVT XXXI.

ut redeas in Gratiam cum Deo promittente, Hęc erit unica salus & uita tua.

In terra Isracl
sive Ephraim
Christus con-
cipitur ex edu-
catur, ex pri-
mum incipit:
et cetera.

Ex his quae dicta sunt intelligis de filio Dei incarnatione, quid sit, Fœmina circumdabit Virum, & quae sit illa noua res quam creabit Dominus. Iam uero uideamus etiam quid significet illud, In terra uel super terram, Diximus supra, hic non significari, in terra uel Super terram, genes raliter, in mundo, quemadmodum interprætes ante nos fere omnes intellexerunt, sed specialiter tantum, Super ter ram, uel in terra, uidelicet in terra Ephraim, id est, decem tribuum, quarum terra, post Salomonem dicta est Regnum Israel, Regnum Joseph, Regnum Ephraim, Regnum Samariæ, ut supra satis dictum est. Nam ad illas decem tribus hoc loco loquitur Ieremias, quae iam dudum per Assyrium erant abductæ & abiectæ a terra sua, dicens, Rursus ædificabis uineas in montibus Samariæ. Quia erit tempus, quando Custodes in montanis Ephraim clamabunt. Surgite ascendamus ad zion ad Dominum Deum nostrum. Sum enim pater Israélis, & Ephraim est primogenitus meus. Item Vere audiui lamentationem Ephraim &c. Nonne Ephraim est præciosus mihi filius & puer desiderabilis? Reuertere filia Israél, reuertere ad hasce ciuitates tuas. Quousq; te auertes filia desertrix? DOMINVS enim creabit nouam rem in terra. Fœmina Circumdabit Virum, uidelicet illum, qui promissus est, contritorem capitum Serpentis, illud Semen mulieris, illud Semen Abraham, in quo benedicentur cunctæ cognationes terræ. Non ceciderunt promissiones Dei de Christo, propter peccata tua, ut tu stulte metuis, sed accipies Virum promissum in terra tua, id est, in terra decem tribuum, priusquam ueniat Ipse in terram duarum tribuum sive in terram Iuda.

Promissus:

IEREMIAE.

CCCXLIII.

Promissus quidem est in Prophetis, quod ex Domo
& familia sive cognatione Davidis orietur Rex æternus,
& in Micha Propheta, q̄ nascetur in Bethlehem, & ueniat
et ad templum sanctum suum doctor in zion sive Ierusalem,
Et Tu turris Eder, inquit, quæ es arx filiæ zion, usq;
ad te ueniet tua Rosa aurea, prior Magistratus, Regnum
filiæ Ierusalem, & quod Euangelium & Regnum Christi
egredietur ex Ierusalem & dilatabitur per totum mun-
dum in omnes Gentes. De zion, inquit, exhibit lex, & uer-
bum Domini de Ierusalem, Et Ipse iudicabit inter popu-
los multos, & arguet Gentes multas in regionibus lon-
ginquis, &c. Sed tamen ut promittit hic Dominus per Iesu
remiam, in terra Israel sive Ephraim, id est, decem tribu-
um, quæ erant abiectæ in Assyrios & ciuitates Mœdo-
rum, ille Vir Deus & homo, contritor Capitis Serpentis,
Benedictio omnium Gentium, concipietur in utero ma-
terno, non ex uirgine semine, sed ex noua operatione & cre-
atione Dei, qua Deus creabit nouam rem in terra Ephra-
im, non in terra Iuda, neq; alibi in mundo, Reuertere, in-
quit, o filia Israel, reuertere ad hasce ciuitates, quousq; te
auertes Filia desertrix? Accipies in terra tua, quam pro-
misit tibi Deus Salutem æternam, DOMINVS ENIM
CREABIT NOVAM REM IN TERRA, uidelicet, tua. FOEMINA CIRCVMDABIT VIRVM.
Concipietur, inquam, & gestabitur in utero matris in ter-
ra Israel, donec uirgo mater eum pariat in Bethlehem in
terra Iuda, secundum prophetiam Michæ, ducem & Re-
ctorem totius Israelis, qui egredietur quidem ex Bethle-
hem, ut sit Dominator in Israel, sed Egressiones eius fue-
runt a Princípio mundi & ab Aeternitate, id est, qui egre-
ditur ex Bethlehem Dominator in Israel, est Deus, qui
in principio mundi & ab æternitate iam genitus erat &

XXXij Deo

CAPVT

XXXI.

Deo sine principio & sine fine Hoc est, ab æterno DEI
filius erat, qui filius uirginis nascetur in Bethlehem, illud
Semen mulieris quod conteret Caput Serpentis.

Itaq; Prophatæ bene norunt illam sanctissimam
Matrem, ex Euangelio & promissione Dei. Semen mu-
lieris conteret Caput Serpentis, Jacob patriarcha predixit
in benedictione Iudæ, Non auferetur sceptrum de Iuda,
& Doctor de pedibus eius, donec ueniat Silo, id est, ille
foelix uterus ex Iuda, (continens pro contento accipitur)
id est. Semen mulieris promissum, Huic adhærebunt po-
puli, id est, Hic erit Rex popolorum &c. Pro Silo legit
Chaldæus, Donec ueniat Messias, & quidam hebræi ex-
ponunt, Silo, id est, Messias, Notum est ex Deut. xxviiij.
quid Silia significet, uidelicet Secundas, quam uulgo Se-
cundinam dicimus, ubi etiam continens pro contento po-
nitur, & significat recens natum infantem. Sic Jacob respi-
ciens in Semen mulieris a Deo promissum, ex Iuda secun-
dum carnem oriturum, dixit. Non auferetur &c. donec
ueniat Silo, id est, ille ex muliere promiss⁹. Inde & Esaias
de hac matre dixit, ca. vij. Audite uos qui estis ex Domo
Dauid. Dominus ipse dabit uobis signum. Ecce uirgo que
Pregnans est, pariet Filium, & Ipsa uocabit nomen eius
Immanuel, Micha quoq; c.v. ubi dicit de Christo in Beth-
lehem Iudææ nascituro, hoc addit de matre Christi, Inte-
rea tradet eos in pœnam, usq; ad tempus, quando peperes-
rit quæ Paritura est, id est, quando uenerit illud Semen
mulieris, quod nobis a Deo promissum est. Et hic Pro-
pheta, Nouam rem creabit Dominus in terra uestra. Fœ-
mina circumdabit Virum, id est, promissum illum Con-
tritorem Capitis Serpentis & heroa mortis triumphatos
rem,

Esaias

IEREMIAE.

CCCXLIII.

Esaia capit. ix, intuens quemadmodum Christus secundum carnem in hunc mundum natus apparuerit, dixit. Paruulus natus est nobis, & tamen addit, Et filius, uidelicet D E I, datus est nobis, quemadmodum ibi se quitur, Et uocabitur Admirabilis, Consiliarius, Deus, Gigas, perpetuo Pater, Princeps pacis, ut sit Rex super Solium David in iudicio & iusticia in aeternum. Vides quam Magnus sit ille Paruulus natus, quem & viij. capite, ex uirgine natum uocat Immanuelem, & viij. capite dicit Immanuelem esse Regem Iudeorum & Dominum filius terrae longe ante quam ex uirgine nascatur. Lege ibi, que alias dixi. Ieremias autem uidens illum Contratorem Serpentis, in utero virginis esse Deum & hominem, Virum dixit, Foemina circundabit virum, Virum certe Omnipotentem, qui trahet ad se omnia, cui, ut Iacob dicit, adhærebunt populi etc.

Norunt itaq; Prophetæ, ut Semen illud a Deo promissum, ita & mulierem illam matrem virginem, cuius & non viri illud Semen futurum erat. Respexerunt igitur Patriarchæ & Sancti Prophetæ omnes, in illam Dei promotionem & salutis Euangelium, Semen mulieris conteret Caput Serpentis, quando de futuro salvatore dixerunt, Id quod Petrus Acto. x. sic dicit. Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen Eius, quotquot credunt in eum. Si in eum credendum est, & si per nomen eius accipitur remissio peccatorum, certe Deus est, Et si crucifixus & mortuus est, quemadmodum ibi prædicat Petrus, certe uerus homo est, Item, Si ipse peccata aufert sua morte & sanguine, necesse est eum esse hominem, non in peccatis conceputum ex viri semine, ut sunt omnes alii homines, Alioqui quomodo tolleret peccata nos.

XXXIIij. stra, qui.

CAPVT XXXI.

stra, qui ipse esset peccator? ut nunc non dicam, quod
ille homo peccator esse non potest, qui Deus est, Id quod
nos Christiani de CHRISTo ita fatemur, Credo in Iesum
Christum filium DEI unicum Dominum nostrum, qui
conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria uirgi-
ne, Vbi fatemur per omnes generationes beatitudinem
huius mulieris, De qua Deus dixit, Semen mulieris con-
teret Caput Serpentis, quemadmodum Maria cecinit.
Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Hec laus uirginis quod est mater Dei, quod conce-
pit de Spiritu sancto & gestauit in utero, & peperit IE-
sum Christum filium Dei unicum Dominum nostrum,
superat intellectum omnium hominum & Angelorum.
Ibi non fecit uir alius, sed Dominus Deus suo Spiritu
sancto per filium creauit rem nouam in terra Israel, Fœ-
mina circumdedidit uirum, id est, gestauit in utero uerum
& æternum & omnipotentem filium Dei, per quem om-
nia facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Porro, Si concipietur et gestabitur in utero matris,
hic magnus Gigas & Contritor Capitis Serpentis in ci-
uitatibus Ephraim & in terra Regni Samariæ, necesse
est Matrem illam sanctissimam in illa terra habitare, Si
in illa terra habitat mater, non dubium quin, filius eius
in ea terra educabitur, & illuc postea primum incipiet se-
se mundo manifestare, & pugnare contra Caput Serpen-
tis, id est, contra Regnum Diaboli, ut inde perget in Ie-
rusalem ad Regnum Iuda, & ibi perficiat quæ prædicta
sunt a Prophetis, incipiens inde & dilatans Ierusalem et
Regnum Daudis per totum mundum sub omni cœlo.

Quæ omnia, quemadmodum in Iesu Christo filio
Dei Domino nostro, qui est illud Semen mulieris a Deo
promissum nobis ad uitam æternam, completa sint, &
Iudæis

IEREMIAE.

CCCXLV.

Iudæis exhibita, primum in terra Israel, mox in terra Iuda, postea gentibus per totum mundum, ut prædictum erat per Prophetas, nunc uideamus ex historia Euangeliæ. Luc. i. In diebus Herodis Regis etc. Missus est Angelus Gabriel a D E O in ciuitatem Galileę, cui nomen Nazareth (quæ sita erat ad montem Thabor in medio Galileę) ad uirginem despontatam uiro, cui nomen erat Joseph, de domo Dauid, & nomen uirginis Maria, & dixit, Ecce concipies in utero, & paries filium etc. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi, Ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum uocabitur filius DEI. Habes quod Semen mulieris Virginis Mariæ, a Deo promissum, concipitur de Spiritu Sancto in terra decem tribuum, & gestatur in utero, & impletur, quod hic Ieremias predicit Israeli, siue Ephraim, Reuertere ad ciuitates halce tuas, Nouam rem creabit Dominus in terra tua, non in terra Iuda, Foemina circumdat Virum, Vide uero quemadmodum gestetur in vtero per illam terram usq; in Ierusalem terram Iuda, et rursum a Ierusalem in Galilæam, ubi gestatur in utero usq; ad tempus partus in Bethlehem, quæ est in terra Iuda, Sic enim pergit historia Luc. i. In diebus illis, exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda, id est, Ierusalem, & intravit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth, Et factum est ut audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in utero eius, Et repleta Spiritu Sancto Elizabeth, exclamauit & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui, Et unde hoc mihi, ut ueniat Mater DOMINI mei ad me, Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans pre gaudio in vtero meo, Et beatæ quæ credidisti, quoniam perficiuntur

Y Y y in te om-

CAPVT

XXXI.

In te omnia quæ dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria,
Magnificat etc. Mansit autem Maria cum illa quasi tri-
bus mensibus, & reuersa est in domum suam, id est, in
Nazareth, ubi habitauit. Licet enim Ioseph & Maria es-
sent de domo Daud ex stirpe Regia, tamen propter
paupertatem nihil proprium habebant in Bethlehem ci-
uitate & patria Daud, & cogebantur habitare in aliena
terra uidelicet in Galilæa, quæ pertinebat ad terram E-
phraim sive decem tribuum, ut Ieremias hæc Prophetia
impleretur, Nouam rem creabit Dominus in terra tua o-
Ephraim, Fœmina illic Circundabit Virum, quem ta-
men ibi non pariet, sed in terra Iuda in Bethlehem, ut
prædictum Micha, id quod nunc sequitur.

Cum autem appropinquaret tempus huius sanctissimi partus. Deus præstítit occasionem, ut in Bethlehem nasceretur. Nam, ut dicitur, Lucæ. ii. Exiit Edictum a Cæsare Augusto, ut censeretur totus orbis. Et ibant omnes ut profiterentur, quisq; in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudeam, in ciuitatem Daud, quæ uocatur Bethlehem, eo quod esset de familia & domo Daud, ut profiteretur cum Maria desponsa sibi uxore, quæ erat prægnans (cuius des quam gestet Virgo circumdatum in utero) Virum omnipotentem filium DEI, Regem Iudeorum, per Galilæam & Samariam, in terram Iuda factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret (qua Paritura erat in Bethlehem ducem Israel, Michæ. v) Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepi, Quia non erat ei locus in disuertorio. Pauper ne in patria quidem agnoscitur, aut uel passum pedis habet sicut olim Abraham in terra Canaan a Deo sibi promissa, ne passum quidem pedis habes-
bat. Iohann.

bat, Ioan. i. Christus in propria uenit, & sui eum non reperunt. Venit enim CHRISTUS, non ut terrarum Regnum occuparet, sed ut coelorum Regnum institueret etc. Ibi Paruulus quidem natus est nobis, sed filius DEI datus est nobis in illo Paruulo, Mundo despectus et pauperrimus, ab Angelis praedicatur pastoribus, & uocatur Saluator hominum, id est, Contritor Capitis Serpentis, uocatur & Christus DOMINVS, Lucæ. ij. ne ignores eum esse Deum maximum, qui paruulus in carne nostra natus est, Ibi annunciatur a pastoribus, et omnes qui audiunt, mirantur de his quæ dicuntur a pastoribus, Ibi, ut dicitur Matthæi. ij. adoratur Rex Iudeorum a Gentilibus uidelicet a Magis, Inde appropinquante, quadragesimo a natuitate die abducitur in Ierusalem, in domum (quod certo sciam) Zachariæ ad puerum Iohannem Baptistam, O quanta gaudia, quam sanctas cogitationes, & fœlices spes excitauit ibi Spiritus sanctus in parentibus, cum duo illi paruuli coniungerentur, o beata oscula & sancti amplexus etc, Quadragesimo die inducit in templum, & sicut coram Domino, ibi prædicat eum Simeon, else Salutare siue Salutem DEI, hoc est, Saluatorem a Deo patre nobis datum, paratum coram facie omnium populorum, lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam totius Israëlis, Præterea prædicat eum ibi etiam Hanna Prophetissa omnib⁹ qui expectabant redemptionem Ierusalem etc, Non ergo occultum fuit quod nascebatur in Bethlehem, neq; occultum quod natus uenit in Temple Hierosolymorum, qui hactenus in occulto gestus & circundatus fuerat in utero matris in terra Ephraim.

Et certe CHRISTUS infans lusit hic sacra preludia,
Nam quod circumcisus uenit in Ierusalem ciuitatem res
YYyy ij giam, ubi

CAPVT

XXXI.

giam, ubi erat Solium & Regnum Dauidis, significat se esse Regem illum Dauidem sive Dauidis filium, qui in Prophetis promissus est. Quod uero uenit in templum & sicut coram Dominō significat se esse Sacerdotem illum aeternum, mediatorem inter Deum & homines, qui similiter promissus est.

Postquam autem se ita declarauerat mundo, q̄ natus esset, Fugit in Aegyptum, quia nondum' venerat hora eius ut occideretur, & Herodes occidit in Bethlehem & in omnibus finibus eius pueros, ut uel ipse impius testetur Iudaeis & praeципue ipsis contemptoribus Bethlehemis Regem Iudeorum in Bethlehem esse natum, Post obitum Herodis redit Ioseph cum puerō & matre in terram Israel, & admonitus in somnis, secessit in partes Galilee, & ueniens habitauit in ciuitate quae uocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas. Nazareus uocabitur. Illuc ergo Dominus in carne nostra fuit educatus, ubi mater eius habitauit, quemadmodum ante ex Luca dictum est, Reruersa est in domum suam.

Cum autem triginta annos natus esset, baptizatus est in Iordanē, qui est in terra decemtrībūm, & ibi primum cœpit regnare, id est, prædicare & miraculis se eis declarare, maxime illic ubi primum cœperat popul⁹ olim per Assyrios uastari, & antea dudum per Ieroboam & impios eius Sacerdotes & Prophetas a Deo seduci, quae fuerunt horrendæ tenebræ, quibus nunc oritur illa maxima lux Christus, Esaie ix. Surge, illuminare, uenit lux tua, & gloria Domini super te orta est. Quod de illa terra Esaias ca. ix. prædixerat sic, Maiores fatigations erunt in angustia ipsorum (Quidelicet sub Scribis & Phariseis seditoribus)

ctoribus) quam ante fuerunt, quando leuiora paſsi ſunt
in terra Sebulon & in terra Naphthalī (iij. Regum xv.)
& poſtea etiam grauiora ad uitam maris trans Iordanem
in Galilæa Gentium (iij. Reg. xvij.) Populus qui ambu-
lat in tenebris uidet lucem magnam, affulget lux habi-
tantibus in regione tenebroſa. Hoc indicat Matthœus im-
pletum ca. iij. Cum, inquit, audifſet Iesuſ, quod Iohannes
traditus eſet, ſecelſit in Galilæam &c. lege reliqua uſq;
ad finem capitis. Nec ſolum ibi ſeſe exhibet in ciuitatibus,
ſed etiam in deſertis & montibus, ne fruſtra ſit illi terræ
promiſſus. Ibi tunc factum eſt, quod de nouo testamen-
to Dauid prædixerat. Psal. lxxxix. Thabor & Hermon
iubilant in nomine tuo &c.

Mox ex Galilæa quæ erat in terra decem tribuum,
abit in terram Iuda Hierosolymam ad festum Paſchæ, ut
dicitur Ioh. ij. ubi ſciens ſe elſe filium Dauidis Regem æ-
ternum, ingreditur in templum ſuum, quod Malachias
prædixerat & Haggæus, & ut ſumimus æternuſq; Sacer-
dos eiſcit ex templo ementes & uidentes, uocans templū
illud domum patris ſui, & facit signa ita ut multi credant
in eum, ex quibus unus eſt Nicodemus Phariseus, prin-
ceps Iudæorum, doctoṛ populi, Ioh. iij. Rediens uero ex
Ierusalem tranſit per medianam Samariam, & Samaritanos
quoq; uſcipit, ne uideatur illis terris non eſſe promiſſus
Ioh. iiij. & uenit iterum in ſuam Galilæam, ibi fere prædi-
cat & facit omnia quæ in Euangelica hiſtoria conſcripta
ſunt, in Ierusalem uero & in Iudæa, quo ſubinde uadit ad
festuſ facit interim pauciora, ut uides in ſola Iohannis hiſ-
toria.

Hæc omnia dixi ex hiſtoria Christi, ut ſcias quid ſit,
quod Ieremias dicit. In terra, uidelicet Iſrael, quod ibi in
illa terra Dominus creabit nouam rem, & dabit in illa ter-

ra prius:

CAPVT

XXXI:

ra prius promissum Christum, quam ueniat in terram Iudea, foemina, inquit, in illa terra circumdabit Virum, & quod in illa terra educabitur, & primum incipiet ibi suum Regnum, ut Esaias cap. ix. prædixerat, ut reducat Regnum Israhæl ad Regnum Iuda, & ipse filius Davidis sit unicus Rex uniti rursus Regni, quemadmodum Ieremias et Ezechiel prædixerunt, ut sit iam in Christo æterno Rege Regnum æternum, non Regnum mundi huius, quod æternum esse non potest.

Nostræ recte intellexerunt quod dicitur, Foemina circumdabit virum, sed non attenderunt quod dicitur, in terra, Stulti Iudæi & Epicuræi porci Hannas, Caiphæs, Iohannes, Alexander &c, præterea Scribæ & Pharisei, qui non uolebant esse Saducei, id est Epicurei, lucianti, plini, ani, athei, ignorantes scripturas prophetarum, irriserunt Iesum Dominum Gloriam, quod ipse non posset esse Christus, qui non ex Bethlehem, ut putabant, sed ex Nazareth a Galilæa uenisset, & propterea per contemptum uocauerunt eum Nazarenum & Galilæum, & quotquot considererunt in Iesum, uocauerunt Galilæos etiam qui ex Galilæa non erant orti, ut hæc uides Ioha. viij. Iesus autem illa nomina libenter agnoscebat, Agnoscunt & Angeli in monte oliveti, cum dicunt, Viri Galilæi quid aspicitis in cœlum? quasi dicant, Vester & noster Galilæus ascendit in cœlum, quem Iudæi dicunt non posse esse Christum, quia Galilæus est, Agnoscunt etiam Apostoli pleni spiritu Sancto cum gaudio & gratiarum actione atq[ue] adeo cum gloria & sancta quadam iactantia, quasi improperiantes Iudeis (ut uides in Actis Apostolorum) cum prædicant, Iesum a Nazareth, Iesum Nazarenum, incipientem a Galilæa post baptisma Iohannis &c. Acto. xxij. narrat Paulus Christum ipsum e cœlis dixisse, Ego sum Iesus Nazare-

I E R E M I A E: CCCXLVIII.

fus Nazarenus quem tu persequeris, quemadmodum hec
antea diximus in uerbo Matthæi, Nazaræus uocabitur.

Postquam autem compleuerat cursum suę uocatio-
nis in terra Israel & in terra Iuda, & plus fecerat in terra
Israel quam in terra Iuda, mysteria nostræ salutis & con-
firmationem Regni sui cælestis siue nouum Testamentū
sui æterni Sacerdotij, perfecit in terra Iuda in Ierusalem,
Ibi suscepitus est Rex in die Palmarum, ibi Sacerdos sum-
mus seipsum in cruce patri obtulit pro nobis Sacrificium
æternum, ibi sepelitur, ibi resurgit, ibi appetet rursum dis-
cipulis a resurrectione per dies quadraginta, loquens de
Regno Dei, ibi ascendit in cœlum, Illue mittit Spíritum
sanctum in discipulos, & prædicatione Euangelij a Ieru-
salem incipiens dilatat Regnum suum etiam ad gentes in-
totum orbem terrarum, secundum illud. De zion exhibet
lex, & Verbum Domini de Ierusalem &c.

Sed non est negligendum, quod à resurrectione
CHRisti, gloriōsior & magnificentior apparitio facta est
non in Iudæa, sed in terra Israel, uidelicet in Galilæa, in
monte, ut dicit Matthæus, quem constituerat illis Iesus,
ubi quemadmodum Paulus dicit, 1. Corinth. xv. (ut non
dubito, quemadmodum indicaui, in Historia passi &
glorificati CHRisti) uifus est plus quam quingentis fra-
atribus, cum quibus procul dubio erant multo plures so-
rores, id est, Christianæ mulieres & paruuli, qui secun-
dum morem scripturæ non computantur in numero.
Quibus, quasi iactata in totum mundum manu dixit.
Ite in mundum vniuersum, & prædicate Euangeliū
omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit, sal-
lus erit, Qui uero non crediderit condemnabitur etc.

Y Y y y iiiij Hæ:

CAPVT

XXXI:

Hæ sunt scripturæ Prophetarum, completæ in Iesu Nazareno & Galilæo, uero Messia, Domino nostro, quem cœci Iudæi contemnunt, expectantes meliorem, quem Deus in scripturis non promisit. Nos autem Gentes per Sp̄ritum sanctum suscipimus eum, Sit Deo gratia in æternum.

Quod autem oportuit Christum mori & resurrecere, & confirmare nouum testamentum in terra Iuda, & Regnum Iuda siue Ierusalem dilatare ad domum Israel & ad Gentes in totum mundū, hoc nunc audies in uerbis Ieremiæ sequentibus usq; ad finem capit is.

HOC DICIT DOMINVS. AD-

In terra Iuda huc dicetur. Rursum promissio duabus tribubus, quæ complect Chri tamen propterea omnium tribuum est, quod in Iuda stus mysteria rursum ædificabitur templum, & instituetur cultus Dei, nostræ salutis, secundum legem D EI, pro omnibus tribubus, usq; ad & ibi tē incipiens dilatat Regnum suum in totum mun dum. Christum, qui liberabit ex æterna captiuitate, qua tenetur genus humanum. Tunc, inquit, prædicabitur & dis- cetur bona imprecatione, Benedicat tibi Dominus tu habitatio Iusticiæ, tu Mons Sancte, Montem uocat magna ciuitatem Ierusalem, quam scriptura alioqui solet uocare montem Zion, ut in Psalmo, Mons Zion, latera aquilonis, ciuitas Regis magni. Aut Montem dicit totum Regnum Iuda. Sic & Esaias capit. xiij. uocat Babylonem ciuitatem & Babylonicum imperium montem caliginosum, Dominus, inquit, benedicat tibi etc, id est, ibi habitabit Verbum Dei, Obedientia Verbi siue fides populi & cultus secundum uerbum D EI. Et Iuda cum omnibus suis ciuitatibus etc, Id est, Et corporaliter & spiritualiter bene fiet eis a DEO. Quia, dicit Dominus, uidebar antea eorum oblitus, quasi non uidens ipsorum miseras,

IEREMIAE.

CCCXLIX:

miserias, quemadmodum omnium obliuiscitur qui sras
uiter dormit. Tunc autem euigilabo in bonum ipsis, ha-
ctenus ad bonum eorum uidebar dormire, ad eorum au-
tem malum uigilare etc. Hæc vulgo sic interpretamur.
Sed longe alia & maximam Dei gratiam de CHR Isto
promittunt, post captiuitatem Babylonicam, in terra Iu-
da, futuram, id quod nunc dicam.

Non est satis illa iusticia & abundantia rerum, quæ
dixie eos receperisse in terra Iuda post solutam captiuita-
tem, ad uerba promissionis hic in Ieremia, Nam longe
maiora promittit, quam illic tunc post captiuitatem ac-
ceperunt. Quantam iniustiam inuenit illic Neemias,
quam abominandæ abominationes regnant in Ierusa-
lem tempore Machabæorum, Quam quæso iusticiam
inuenit ibi Christus? De abundantia rerum similiter ui-
des in historia, quod Deus dedit quidem eis uictum &
defendit eos contra aduersarios, ut edificant ciuitatem
& templum, & instituerent rursum cultum Dei, sed, bo-
ne Deus, quantis malis & miserijs presi sunt, etiam cor-
poralibus usq; ad Christum? id quod alibi ante ex His
istoria dixi. Sunt ergo illa beneficia, & corporalia & spi-
ritualia, quæ acceperunt in terra Iuda a Deo post capti-
uitatem Babylonicam, uix umbra eorum, quæ hic in Ie-
remia promittuntur in terra Iuda post captiuitatem Ba-
bylonicam futura, Iudæi post captiuitatem Babylonicā
redierunt non solum ad suas terras, sed etiam ad uerbum
DEI, quæ fuit iusticia eorum, sed postea amiserunt pa-
cem illam in suis terris uexati multis malis, & amiserunt
illam iusticiam, deficientes a uerbo Dei siue a iusticia fi-
dei ad doctrinas Dæmoniorum per Scribas & Phariseos, ne uiderentur acceperisse quæ hic promissa sunt, iusticiam
æternam & bona æterna, quemadmodum infra dicitur.

Z Z Z Z citur.

CAPVT

XXXI.

citur. Hoc Sanctum non uiolabitur, neq; uastabitur in
æternum, Certe templum quod ædificauerunt post ca-
ptiuitatem Babylonicam prophanatum est ab Antiocho
& alijs Gentibus, etiam ab impijs Iudeis, ut legis in Ma-
chabæorum historia, & tandem per Romanos cum ciui-
tate ita uastatum, ut non manserit lapis super lapidem,
quemadmodum Daniel prædixerat capit. ix. & postea
Christus ipse. Ergo illa bona & corporalia et spiritualia,
quaæ acceperunt Iudei in terra Iuda statim post captiu-
itatem Babylonicam, non sunt illa bona perfecta et æter-
na quaæ hic promittuntur. Acceperunt uero illa, in terra
Iuda, ut sacra bonorum initia & sanctas primitias, usq;
ad Christum, in quo acceperunt perfecte et complete que
hic promittuntur, id quod dixi a principio huius capitis fa-
tis aperte, usq; ad hunc locum. Dominus creabit nouam
rem in terra, fœmina circumdabit virum.

Ab hoc autem loco, Hoc dicit Dominus Zebaoth,
Deus Israel. Adhuc dicetur hoc uerbum in terra Iuda &
ciuitatib⁹ eius, cum uertero captiuitatem eorum. &c. usq;
ad finem capitis, dicitur de Christo, in terra Iuda & in Ie-
rusalem ciuitate Regia & Sancta, per prædicationem.
Euangelij exhibito, ibi moriente & resurgentे, & confir-
mantे nouum foedus siue testamentum remissionis pec-
catorum, & dilatante Regnum suum & Ecclesiam (quaæ
cœpit post eius resurrectionem in Ierusalem) in totum
mundum, Nam postquam Ieremias, a soluta captiuitate,
produxerat illud grande nouum quod creabit Dominus,
in terra Israel, Fœmina circumdabit Virum, nūc dicit, usq;
ad finem capitis, de Regno huius fortis Viri, in terra Iu-
da & in Ierusalem inchoato, quod quidem est Regnum
Davidis, id est, Davidi promissum, sed non est terrenum,
quemadmodum.

Quemadmodum Christus dicit, coram Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo, quia eternum est, quemadmodum Dauidi promissum est, & hic in fine capitibus promittit Ieremias, Templum Sanctum Christi & Civitatem Sanctam, dilatandam esse in quatuor mundi partes, & ita sanctificandum Domino Christo, hoc infinitum templum, infinitam Civitatem & infinitum Regnum, ut non uiuletur aut uastetur in eternum.

Auditis, uos Iudæi, Non est hoc uestra Ierusalem, uestrum Templum, uestrum Regnum Iuda, ubi non maneat lapis super lapidem, quemadmodum Christus prædixerat, Moses & Prophetæ minati fuerant &c. sed quod dicit Ieremias est Ierusalem cœlestis, quæ sursum est mater nostra. Gal. iiiij. est Regnum non terrarum sed cœlorum, Regnum Dei, Regnum ueri Messiae filij Dauidis, Domini nostri Iesu Christi, Non moratur Christus æternus & Rex & Sacerdos, terram illam Canaan, agros & uineas domus Iuda & domus Israel, ligna & lapides ciuitatum & Templi Hierosolymitani, aurum, argentum, potentiam, munitas urbes & Regna Gentium, delicias, uoluptates & dituitias totius mundi. Quid insanitis uos insani Iudæi? quo ruitis, quærentes talem Messiam qualem uobis Deus non promisit? Christus ueniens (quemadmodum promissus erat) non quæsiuit quæ hominum sunt Regna mundi, sed quæsiuit suo Euangelio homines super terram, primum Iudeos, deinde gentiles, quos fecit filios Dei, Regnum suum, Regnum Dei, Regnum cœlorum, Ecclesiam, id est, congregationem Sanctam, populum Sanctum per Spiritum sanctum in unitatem fidei congregatum, Sanctorum communionem, quibus unus est pater in cœlis, unus Domin⁹ & Magister Chri-

ZZzz ij stus, una

CAPVT XXXI.

stus, vna fides, unum Baptisma, una spes uocationis, & omnia quæ DEI sunt ipsis sunt communia, iusticia, sapientia, uita æterna, cœlum, terra et Deus ipse in aeternum, Ista Iudæe non uidentur tibi diuitiae?

Incepit autem CHristus hoc Regnum suum in Iudea, cum cœpit ibi prædicare & diuinis factis sese illis declarare, maxime uero & in primis declaratus est filius DEI ex resurrectione mortuorum, qua ipse resurrexit a mortuis, quando in dextera DEI sedens, misit Spiritum sanctum in discipulos, & auspicatus est Regnum illud æternum in die Pentecostes primum in Ierusalem, quod deinde per Euangelium dilatauit in totum mundum, Ibi in illo inchoato per Euangelium Regno, moriebatur & resurrexit, & corfirmauit nouum testamentum, quod est remissio peccatorum, per Spiritum sanctum in cordibus credentium, Breuiter, declarauit in Ierusalem se esse illum Virum, de quo Ieremias prædictit, Fœmina circundabit Virum, Se elſe Contritorem Capitis Serpentis, de quo promiserat Deus, Semen mulieris contenter Caput Serpentis, Se elſe Benedictionem omnium cognationum terræ, de quo promiserat Deus Abraham, in semine tuo Benedicentur cunctæ cognationes terræ, Se elſe Christum, cui omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, non solum Iudeos, sed quotquot credunt in eum, Quæ omnia prædicta, per Prophetas Angelus Gabriel complexus est, de CHRISTo loquens ad Mariam uirginem, Ecce, inquit, concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen Eius Iesum, Hic erit Magnus, & Filius Altissimi uocabitur, Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & Regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis, Sed uideamus nunc hæc in-

IEREMIAE.

CCCLI.

hæc in uerbis Ieremie, aut potius in uerbis Domini Dei,
quia dicit, Hoc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel.

AD HVC. Id est, Postquam Dominus
creauit nouam rem in terra Israel, dicetur, id est, prædica Benedictio omni
bitur, hoc uerbum, id est, Euangelium. In terra Iuda, id nium cognatio
est, in regno duarum tribuum, & in ciuitatibus eius, ma- num terræ
xime in Ierusalem, quæ est quidem in tribu Beniamin, CHRISTVS,
sed caput in Regno Iuda. Quando? Cum conuertero
captiuitatem eorum, id est, mutauero eorum captiuita-
tem in libertatem, quæ non solum est dimissio per Cy-
rum post lxx. annos, sed multo magis remissio peccato-
rum per Christum, liberatio a morte, & ut Euangelium
DEI dicit. Contritio Capitis Serpentis. Quodnam est
huc uerbum? DOMINVS benedicat tibi, tu habitatio
iusticiæ, tu Mons Sancte. Antea quidem, dicebatur Ie-
rusalem ciuitas sancta, propter templum & cultum Dei,
sed non aliæ ciuitates in Iuda, hic autem prædictiur, quod
tota terra Iuda & ciuitates eius vocabuntur & prædicas-
buntur. Habitatio iusticiæ & Mons Sanctus. Quæ est
illa terra Iuda cum ciuitatibus suis, nisi Regnum Iuda
quod Dauidi promissum est in Christo æternum? Ad
quod Regnum pertinent Iudæi, Israelitæ, Samaritæ &
Gentes per totum mundum, quemadmodum prædictum
est Esaïæ. xl ix. Parum est, ut sis mihi Seruus in Israel, ad
conuertendas feces Jacob et restituenda neglecta in Isra-
el. Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usq; ad ex-
tremum terræ, Ibi dicetur siue prædicabitur læta prædi-
catio et bona imprecatio Euangelij, contra tristem et hor-
rendam prædicationem & damnationem Legis, uideli-
cet hæc.

ZZzz iii. Dominus

CAPVT XXXI.

DOMINVS benedicit tibi. Quid hoc
noui est: an non & olim antea sic prædicatum est in Ie-
rusalem? Nonne et David in Psalmo exhortatur Sacer-
dotes & ministros uerbi DEI, ut prædicent populo be-
nedictionem Domini ad gloriam DEI, & ut orent ad
Dominum pro populo incessanter etiam noctu in dos-
mo Domini? Sic enim ait, Ecce nunc benedicite Domi-
no omnes serui Domini, qui noctu statis in domo Do-
mini, id est, bona prædicte de Domino, Gratiam DEI
per Euangelium siue Dei gratuitam promissionem, Le-
uante manus uestras (qui est gestus orantium) in Sanctu-
ario, id est, in templo sancto orate ad Deum, Et benedi-
cite Domino, id est, prædicate DEI honestatem & remis-
sionem peccatorum his uerbis ad populum, Dominus
benedicit tibi (o popule) ex Zion, qui fecit cœlum &
terram.

Respondeo, Verum est. Olim quidem etiam est
prædicatum illi populo, Dominus benedicit tibi, sed illa
Benedictio Domini nunquam iussa est prædicari sine
CHRISTO, quia promissa erat eis Benedictio DEI in solo
CHRISTO, contra maledictionem legis, qua damnati sunt
omnes homines, nec eis solum erat promissa, sed etiam
omnibus Gentibus, Roman. iij. An Iudæorum tantum
Deus est, & non etiam Gentium? Sic enim promisit
Deus Abraham. In semine tuo benedicentur cunctæ co-
gnationes terræ. Hunc Christum, Benedictionem om-
nium populorum terræ, quem Virum Fœmina circum-
dedit, dicit hic Jeremias exhibendum in terra Iuda per
Benedictiones, id est, Euangelij prædicationem, & mis-
erabilia facta, ut ueniat, & dilatet Regnum suum ad to-
tam terram Iudæorum, & ad Samaritanos & ad omnes
Gentes

Gentes per totum mundum, Act. i. Eritis Mihi Testes, id est, prædicatores Euangelij de Me, non solum Hierosolymis, uerum etiam in uniuersa Iudæa & Samaria, denique usq[ue] ad extrema terræ, Sic enim Acto. iij, Apostoli exponunt Iudæis & declarant iam exhibitam promissionem Abrahæ factam, In semine tuo benedicentur cunctæ cognationes terræ, Vobis, inquit, primum Deus, cum suscitasset filium suum IE Sum, misit eum Benedicentem uobis, ut unusquisq[ue] uestrum conuertat se ab iniquitatibus suis.

Igitur Dominus Benedicat tibi, audietur in terra Iuda & in ciuitatibus eius, postquam Foemina circundaverit Virum, id est, Dominus Deus ipse aderit ibi dexter, fœlix & benedictiones in illo Viro omnipotente, Contritor Capitis Serpentis et Benedictio omnium cognitionum terræ, Ibi tum audies & uidebis, quæ iam dudum tibi promissa sunt in Messia, Beati oculi qui uident, quæ uos uidetis, & beatæ aures quæ audiunt, quæ uos auditis, Multi Reges & Prophetæ, & iusti uoluerunt uidere & audire quæ uos auditis & uidetis, et non audierunt neque uiderunt, Hic auditur & uidetur CHristus Benedictio omnium familiarum terræ, contra maledictionem legis & damnationem omnium hominum, Benedicentur per CHristum, id est, prædicabitur eis Euangeliu[m] Christi, & credentes liberabuntur per CHristum a sua maledictione, peccato & morte, & fient filii DEI donati iusticia, bona conscientia, gaudio in Spiritu sancto, fructibus iusticie & uita æterna, Hæc est prima, summa, propria & æterna Benedictio in CHristo, De qua Ephe. i. sic dicitur, Benedictus Deus et pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali in celestibus CHristo, quemadmodū ele-

ZZzz iij git nos

CAPVT XXXI.

git nos in CHR Isto ante constitutionem mundi etc.

Deinde nobis credentibus, benedictis per Christum æterna benedictione, etiam promisit temporalem Benedictionem panem quotidianum, id est, uictum in hac mortali uita dicens, Primum quærите Regnum Dei & iusticiā eius, & haec omnia adiūcentur uobis. Et in Paulo, Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ præsentis & futuræ. Et in psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas &c. Item Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & habitantia in eo. Quod exponit Paulus. i. Cor. x. quod omnia sunt nostra, quæ sunt Domini, qui per fidem sumus unum cum Domino Christo, Christum dicit esse illum Dominum cuius est terra & plenitudo eius. Est enim filius DEI, Hæres omnium bonorum patris.

Dominus Deus itaq; erit in Christo Benedicente & Benedictore, siue Contritore Capitis Serpentis, ut prædicitur hoc Euangelium, non maledictio Dei sed Benedictio Dei, in terra Iuda & Ciuitatibus eius, DOMINUS benedicat tibi, id quod manifeste nunc sic additur.

Credo Sanctā
Ecclesiam Ca=
tholicam, San=

mons Sancte. In Ierusalem Zion ducebatur mons sanctorum comitatus, & habitatio Iusticiæ siue etiam habitatio DEI, atque munitionem. adeo ipsa Ierusalem dicebatur ciuitas sancta, quia illum locum elegerat sibi Deus, ut esset nomen eius ibi, id est, uerbum Dei, sacrificia & cultus, cum Sacerdotio, Deut. xiiij. Præterea promisit Deus Dauidi ibi Sedem Regiam & Regnum in æternum, ubi & Templum ædificatum est, ut in Ierusalem esset Regnum Dei & Sacerdotium Dei, quemadmodum utrumq; in Psal. cxxxij. sic dicitur, Dominus iurauit Dauidi ueritatem, ab ea non auertetur, frumentum uena-

Cum uentris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filij tui Pactum meum & testimonium meum quod docebo eos, etiam filii eorum sedebunt super sedem tuam usq; in æternum. Quoniam zion elegit Dominus, illic delectatur habitare. Hæc requies mea est in æternum, Hic habitabo, quoniam amo eam. Annonæ eius benediciam, pauperes eius saturabo pane. Sacerdotes eius induam Salute, & Sancti eius exultabunt. Ibi oriri faciam cornu David, paraui lucernam Christo meo, Inimicos eius induam confusione, Super Ipsum autem florebbit diademata eius. Quod ad filios Davidis attinet promissio legis est, cum hac conditione, Si custodierint filij tui Pactum meum & testimonium meum quod docebo eos &c. Quod autem ad illum unicum filium Davidis Dominum Christum attinet, promisso est gratuita ex sola Gratia DEI, Ideo præstabitur etiam indignis, qui non custodient Pactum & testimonium Dei, Quam promissionem sic exprimit, Dominus iuravit Davidi ueritatem, & non auerteretur ab ea. Fructum uentris tui ponam super sedem tuam, Davidi erat promissum Regnum æternum, quod in Christo completum est, ut prædictit Esaias ca. ix. Et pacis non erit finis, super Solium David & super Regnum eius, ut cōfirmet & corroboret illud in iudicio & iusticia amodo & usq; in sempiternum.

Regnum æternum ut non est temporale, ita quoque terrenum esse non potest, etiam si in tempore & in Ierusalem & in Regno Iuda, ubi est Solium & Regnum Davidis, incipiat. Est ergo Regnum Christi, quod Ipse incepit in terrena Ierusalem Solio Davidis, Regnum cœlorum, Ecclesia Sancta, Congregatio & Civitas Sanctorum, quos ex Iudeis & Gentibus Deus pater sua dilectione seu misericordia, Christus suo Sanguine, Spiritus sanctus

AAAa a sua luce

CAPVT XXXI.

Tua luce, prædicatione & consolatione sanctificauit, bapti-
zatos in nomine patris & filij & Spiritus sancti, filios Dei,
fratres Christi &c. In illo monte terreno propter uerbum
Dei Sancto, & in terrena Ierusalem ciuitate propter uer-
bum DEI Sancta, quæ erat habitatio Iusticie, quia per
uerbum suum Sacerdotium & Regnum habitauit ibi De-
us, dicebatur olim, Tu mons Sancte, Tu habitatio iustis-
cie, ibi quarebatur Deus & inueniebatur, inuocabatur
& ipse respondebat, secundum promissionem suam, habi-
tabo inter eos &c. & non dicebatur uel predicabatur hoc
in alijs ciuitatibus uel de alijs ciuitatibus Iuda, & multi
impi & iniusti, non solum uulgares homines, sed etiam
Reges, Principes, Rectores, Sacerdotes & Prophetæ eti-
am erant ibi, ut uides in historiâ et in omnibus prophetis,
in hoc Ieremia, Esaiæ 1. &c.

Hic autem Ieremias prædicit uerbis Dei, quod ter-
ra Iuda & ciuitates eius, id est, non solum Mons zion &
Ierusalem, sed totum Regnum Iuda, illud æternum Da-
uidi promissum, per Virum Contritorem Capitis Ser-
pentis, filium Davidis, benedicetur, nam non solum ho-
mo erit, sed etiam Iehoua Dominus, Benedicetur, inquam,
ut sit illud æternum Regnum Mons Sanctus, habitatio
Iusticie, propterea quod omnes habitatores & populi il-
licius Regni erunt Sancti & Iusti, recipientes imaginem
Dei, ad quam erant creati in iusticia & uera Sanctitate, ut
Paulus exponit imaginem Dei, Non erunt in hoc mon-
te siue Regno Sancto & in hac habitatione Iusticie im-
pi hypocritæ, contemptores uerbi DEI, multo minus
Epicuræi porci siue Saducæi illi Hannas, Caiphas, Sacer-
dotes, pontifices, Acto. iiiij. & v. qui tamen gloriantur se
stare in Monte Sancto & in habitatione Iusticie, Nos,
inquit, sumus Capita populi Dei in templo Sancto, ubi
habitat:

habitat Deus, & in Ierusalem Sancta ciuitate &c. quemadmodum Papistæ gloriantur se esse Ecclesiam & Regnum Christi & se esse Capita populi Christiani, & tamen persequuntur Euangelium hostes Christi, qui non sunt in Regno Christi, tantum abest, ut ibi sint Capita, ubi Christus non uoluit esse Capita & prælatos, sed seruos Qui, inquit inter uos in Regno cœlorū esse uoluerit maior, sit uester minister. Et Paulus dicit. Qui episcopatū desiderat, bonum opus desiderat, id est, non prælaturam uel principatum, sed sanctam Ecclesiæ Christi seruitutem, ministerium, prædicationem, sollicitudinem per Euangelium.

Hoc Regnum cœlorum siue hæc Ecclesia Sancta id est, populus Sanctorum & Iustorum, coepit in terra Iuda, uidelicet in terrena illa Ierusalem et in monte zion, sed inde exiuit per Euangelium, & dilatum est Regnum illud Iuda siue Dauidis, id est, Dauidi promissum in totum mundum, ut uides in fine huius capititis, secundum prædicta prophetarum, De zion exhibit lex, & uerbum Domini de Ierusalem, Virgam uirtutis tuæ, uel Sceptrum Regni tui emittet Dominus ex zion, Dominare in meo inimicorum tuorum. Id quod & Christus in Luca, a resurrectione sua, dicit. Oportuit impleri quæ scripta sunt in lege Mosis & Prophetis & Psalmis de Me, Oportuit Christum pati & resurgere a mortuis, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipiendo a Hierosolyma. Et in Marco, Ite in mundum uniuersum, et prædictate Euangelium omni creatura &c.

Sit Deo gratia per Christum, Nos habemus uerbum & doctrinam Apostolicam uerae Ecclesiæ Christi, que in zion & Ierusalem coepit, id est, Euangelium habens

Accepimus
benedictione,
id est, Euange
liu Christi ex
zion & Ierusa
lem.

AAAAA ij mus, quod

CAPVT XXXI.

mus, quod de zion & de Ierusalem exiuit ad omnes Gentes, & uenit usq; ad nos, quemadmodum Deus in Prophetis promiserat. Non moramur nunc, Papæ decreta, decretales literas, doctrinas, fictos cultus, falsas religiones, Regulas monachales, abominationes Missarum, id est, papalia Sacrificia pro uiuis & defunctis, fraternitates, indulgentias, opera meritoria uitæ æternæ, quæ sunt uera idolatria, contra Christum & contra Euangelium Gloriarum Dei. Ex quibus sit ut nunc Papa Romanus sit AntiChristus, & factio papistica non sit Ecclesia Christi sed AntiChristi, De illis loquor, qui nunc Euangelium Christi oderunt & persequuntur, Alioqui sub papa sunt multi Christiani, qui agnoscunt se esse baptizatos in Christum & in mortem eius, confitentur Dominum Christum esse suam salutem, iusticiam & uitam, Quare non moramur illa Papalia AntiChristi dogmata? Quia ex Roma exierunt directe contra Euangelium Christi, quod ex zion & Ierusalem per Apostolos exiit ad nos. Non promisit nobis De^o uerbum ex Roma, sed ex zion & Ierusalem, Hoc est Euangelium Christi quod ex Apostolis accepimus. Propter quod nunc deserimus Ecclesiam papæ, plenam diaboli siue AntiChristi mendacijs & homicidijs, & redimus ad Regnum cœlorum, ad Ecclesiam Christi, ubi ueritas est & salus hominum, ad illam Vnam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, ut canimus in Symbolo Niceno, Sit Christo Gratia in æternum, qui eduxit nos ex captiuitate Diaboli in Regnum cœlorum Dauidis, id est, Christi, filij Deuidis & filij Dei.

Quia uero Regnum cœlorum siue Ecclesia Sancta Ecclesia Sancta & iusta Christi, coepit in die Pentecostes in Regno Iudæorum, quod erat Dauidis, id est, in Zion & Ierusalem, uocatur ipsum.

Ipsum in Prophetis Zion & Ierusalem, & Regnum Iuda aeternum, & Zion & Ierusalem facta est Spiritualis & coelestis, postquam illa terrena periret ita, ut non manserit ibi lapis super lapidem, Pau. Ierusalem quae fursum est, mater nostra est, ut uideant Iudei quo respiciant promissiones DEI, uidelicet quod promissum illud aeternum Regnum Dauidis, non potest esse Regnum terrenum, sed erit Regnum celorum, ut Prophetæ prædixerunt, Qui omnes (ut ait Petrus) Christo testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomine eius quotquot credunt in eum, id est, Omnes, siue Iudei, siue Gentes in Regno Christi, habent remissionem peccatorum, siue sunt iustificati per solum Christum, Psalmo. ij. dicit Deus, Ego autem constitui Regem meum super Zion Montem Sanctum meum, Prædicabo statutum etc, Esaie. lx. sunt multæ promissiones & fortæ consolations DEI, ipsi Ecclesiæ Christi promissæ, in quibus & hoc dicitur ad Ecclesiam siue Regnum CHRIsti, In populo tuo omnes erunt iusti, & in aeternum possident terram, ut qui surculus sunt plantationis meæ, & opus manuum mearum ad glorificandum. Ex minimo erunt mille, & ex exiguo populus potens. Ibi Deus uocat Regnum Christi Ierusalem Ciuitatem Domini, Zionem Sancti Israelis, certe Montem Sanctum, habitacionem iusticie ut hic Ieremias, quod omnes qui in eo Regno fuerint, erunt Sancti & Iusti, imputatione DEI per Remissionem peccatorum in Christo, Regnum Christi dicitur in terris Mons Sanctus, et habitatio iusticie, propter ciues & inhabitantes, qui omnes sunt Sancti & iusti.

Non fuit Ierusalem Sancta propter Hannam & Caipham, qui nunquam fuerunt Ecclesia DEI, ut nec

AAAAaa iiiij. olim.

CAPVT XXXI.

olim impij Reges, Princes, Sacerdotes & Prophetæ:
 Sed ut olim ab Adam soli credentes fuerunt populus
 Dei, Ita nunc soli credentes sunt populus Dei & Regnū
 CHRISTi. Non enim uenit Christus, ut ciuitates Iuda et
 Israel, domos et agros, uel aurum & argentum & poten-
 tiā Gentium occuparet, ut somniant sibi stulti Iudæi,
 sine uerbo DEI, sed ut homines possideret, quemadmo-
 dum Ipse dicit. Venit filius hominis querere & saluum
 facere quod perierat, Quinqꝫ milia uirorum (in quo nu-
 mero non sunt mulieres & parvuli) primum suscepit
 Christus in Ierusalem sacra Regni sui iniitia, ut legis A-
 ctio. iij. & deinde quotidie augebatur numerus & mul-
 titudo credentium Hi facti fuit primum Ecclesia Chris-
 tii, populus Dei et Regnum cœlorum, Interim Hannas,
 Caiphas, Iohannes, Alexander, & alij Pontifices & Sa-
 cerdotes, aduersarij CHRISTi, seruabantur in terrena illa
 Ierusalem perditioni, ut palea igni, & frustra iactitabant
 blasphemantes. Nos sumus Capita Ecclesiæ & populi
 Israel, Nos debetis audire, & non illum Galilæum cru-
 cifixum. Hæc multitudo populi Sanctorum dispersa est
 post lapidationem Stephani, ad reliquias Iudæos & Sa-
 maritas, & ad Gentes quoqꝫ, ut uides in Actis Aposto-
 lorum, ubi prædicauerunt Euangeliū Christi, & dilata-
 tata est Ierusalem in totum orbem terrarum, Mons San-
 ctus & habitatio iusticiæ, Id quod prædixerat Zachari-
 as capit. iiij. Ierusalem absqꝫ muro habitabitur, præ maxis-
 ma multitudine hominum, id est, Iudæorum, & pecorū,
 id est, Gentilium, quæ erunt in ea, Ecce, Ego, dicit Do-
 minus, ero Murus igneus in circumitu eius, & ero in ea,
 & ostendam me in medio eius cum gloria, Psal. lxxxviij.
 Fundata est Ipsa super Montes Sanctos, Dominus amat
 portas Zion magis quam omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa

Dilatata Ieru-
 salem id est,
 Ecclesia Chri-
 sti.

Gloriosa prædicantur in te, Ciuitas Dei, Prædicari facias
am Rahab, id est, Aegyptijs, & Babylonij, ut cognoscant
Me, ecce, Philistæi & Tyrii cum Aethiopibus nascuntur
ibi, in Zion dicetur, quod quisque nascitur in Ea, & quod
Ipse Altissimus ædificat Eam etc, Et Esaiæ. ix. Surge, ille
luminare, quia uenit lux tua etc, Et ambulabunt Gentes
in lumine tuo, & Gentes in splendore, qui oritur super
te, leua oculos tuos, & respice circumquaque, isti omnes
congregati ueniunt ad te etc, Omnes greges Kedar con-
gregabuntur ad te, arietes Nabaioth seruient tibi, Of-
ferentur super bene complacens Altare meum (quod
est Christus Hebre. xiij) Domum enim gloriae meæ de-
corabo, Qui sunt isti etc, Portæ tuæ erunt apertæ iugiter,
neque interdiu neque noctu claudentur, Ut potentia Gen-
tium adducatur tibi, & deducantur ad te Reges earum.
Quia quæ Gentes aut Regna noluerint seruire tibi, pe-
ribunt, & Gentes illæ penitus desolabuntur etc, Et fa-
ciam ut Præpositi tui doceant pacem, & Prælides tui ius-
ticiam, Non audietur ultra in terra tua iniuria, neque dam-
num aut perditio in terminis tuis, Sed muri tui uocabun-
tur Salus, & portæ tuæ Laus, Sol non lucebit tibi am-
plius per diem, & splendor Lunæ non lucebet tibi (au-
ditis Iudæi, non terrenum Regnum fore Ierusalem ter-
restrem) Sed Dominus erit tibi lux æterna, & Deus tu-
us erit Gloria tua, Non occidet ultra Sol tuus, nec amittet
lumen Luna tua, Dominus enim erit tibi lux æterna,
& dies luctus tui finem habebunt etc, Et Esaiæ. xlix, Pa-
rum est, ut sis Mihi Seruus etc, In tempore accepto ex-
audiui te etc, At Zion dicit, Dominus dereliquit me,
Dominus est oblitus mei etc, Leua oculos circumquaque
etc.

Habes Montem Sanctum, habitationem iusticie,

AAAaaa iiiij

Regnum

CAPVT XXXI:

Regnum Dauidis æternum, de quo acclamarunt Christo in die Palmarum, Benedictus qui uenit in nomine Domini Rex Israel, Benedictum quod uenit Regnum patris nostri Dauid, In quo Regno prædicatur Benedic^{tio} omnium populorum terræ, id est, Christus, de quo promisit Deus Abrahæ, In Semine tuo benedicentur cunctæ cognationes terræ, Benedicat, inquit, tibi Dominus tu habitatio iusticiæ, tu Mons Sancte.

ET IUDA cū omnibus suis ciuitatibus, id est totum Regnum Iuda Dauidi promissum, ex Iudeis et Gentibus congregatum ad unum Regem et pastorem Dauidem, id est, Christum filium Dauidis congregatum, cum omnibus ciuitatibus, id est, Ecclesijs, habitabit ibi in Ierusalem in Monte Sancto & in habitatione iusticiæ, ut & in Psalmo, Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo, aut quis requiescet in Monte Sancto tuo? Et non respondet, Qui circumcisus est Iudeus, & sic sacrificat, Sed, Qui ingreditur sine macula & operatur iusticiam etc, Et additur, Et agricolæ, & qui murant loca cum gregi suo, id est, pastores, habitabunt etiam ibi in Ierusalem, in Monte Sancto & in habitatione iusticiæ. Dic Iudej: Permitte ne agricolis et pastoribus & ouibus & iumentis, ut habitent in Monte Sancto in Templo Domini? Quæ commoditas erit illis in Ierusalem? Quomodo habitabit Iuda cum omnibus ciuitatibus suis in Monte Sancto & in habitatione iusticiæ? Ergo Agricolæ & pastores gregis dicit Prædicatores Euangelij et Doctores Ecclesiarum, De quibus promisit Deus etiam supra capi. xxij. Ecce, Ego congregabo reliquias Gregis mei, ex omnibus terris quod eieceram eas, & reducam eas ad caulas suas, ut crescant & multiplacentur. Et suscitabo super eas

Super eas Pastores, qui pascant eas, ita ut non metuant ultra, aut terreatur aut uisitentur, dicit Dominus, Agricolas etiam Paulus uocat Prædicatores, i. Corint. iiiij. Dedit quidem Deus Iudeis post captiuitatem Babyloniam fertilitatem agrorum & abundantiam ouium et pe^o corum, Quia curat suis filijs, etiam cibum corporalem. Sed hic promittit totum Iudam cum omnibus ciuitatis bus suis, cum agricolis & pastoribus, habitaturos in habitatione iusticie, id est, in eo Regno, ubi omnes sunt iusti in æternum, ut dixit Esaias, id est, in Regno Dauidis CHRISTi.

EGO ENIM REFICIAM. Hęc est causa, quare homines libenter accedant ad Regnum CHRISTi, ut fiant Mons Sanctus & habitatio Iusticie, Ego, ait Deus, adero in illo Viro contritore Capitis Serpentis, quem Foemina circumdedidit in Israel, & peperit in Bethlehem Iuda, Erit enim Deus & homo, Et reficiam in CHRISTo animas lassas, id est, poenitentes, & animas sollicitas, uidelicet, de uictu, id est, inopes & esuriens peccatores, Ego saturabo in Regno Iuda Dauidis, id est, In Ecclesia CHRISTi, quæ in Iuda incœpit. Audi Virum contritorem Capitis Serpentis, hoc ipsum dicentem, Pauperes Euangelizantur, Qui inuitati erant, non fuerunt digni, Itē ergo ad exitus uiarum, & quoscumq; inuenieritis, debiles, cœcos, claudos, introducite huc, Non est opus medico bene ualentibus, sed male habentibus. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, & Ego reficiam uos, Et inuenietis requiem animabus uestris. Audiant & uideant hæc contemptores Iudæi, quorum sit Regnum cœlorum, siue Messiae, certe non eorum qui expectant Messiam, per quem fiant in hoc mundo

Christus misericordum Rex.

CAPVT

XXXI:

mundo diuites, potentes, gloriosi, sed eorum, qui cupiunt sanari & liberari a peccatis & morte, secundum Euangelium. Semen mulieris conteret Caput Serpentis, in Semine tuo, o Abraham, benedicentur cunctæ cognationes terræ. Hoc non sapit auaris Iudæis. Hic uides quod Iacob Patriarcha prædixit. Huic adhærebunt Populi, ligans Asinum suum ad vitam etc.

ICCIRO EVIGILAVI. Ego

Mors et resurrec^{re}
surrectio
CHRISTI,

quandoq; in Schola ista tractans, iudicaui exponendum hoc uerbum euigilandi, ex eo quod sequitur. Et sicut uigilaui etc, Sed nunc uideo non esse simile, Nam ibi uigilare, est studio quid agere, et toto conatu ad aliquid incumbere. Hic autem euigilare, quid aliud esse potest, quam e somno excitari? id quod addit, Postquam suauiter dormieram. Certum est hic Deum ipsum loqui, sicut & in precedentibus uerbis. Ego enim reficiam etc, Non moror ergo depravatores Scripture, uerba sunt satis aperta. Sic loquitur hic Dominus Deus.

Iccirco uel Propterea, uidelicet, ut possim reficere animas laffas, & animas sollicitas saturare, Euigilaui, Ego Deus & Suspexi, ubi suauiter dormieram in terra Iuda, Id est, Ego Deus in Viro illo promisso, quem foemina circundedit suauiter dormiui, id est, mortuus fui & fœlix Sabbathum sanctificaui in sepulchro, Euigilaui, id est, reuixi & surrexi post suauem somnum, et Suspexi, id est, attendi ad miseras hominum, ad animas laffas ut auxiliaret eis, quemadmodum infra sequitur, Ita uigilabo super eos, ut ædificem & plantem etc, Resurgens enim a morte in terra Iuda, consedi in dextera Patris, & misi Spiritum sanctum in Ierusalem primum, deinde in totum mundum, ut reficiam animas laffas, & saturam animas.

IEREMIAE.

CCCLVIII.

animas solicias, pro quibus mortuus fui & resurrexi, Ita suspexi & attendi, ut in dextera patris regnans & potestatem habens in celo & in terra, uobiscum sim Immanuel omnibus diebus usq; ad consummationem saeculi. Matth. ult.

Vides quod hic Deus de morte Christi & resurrectione in terra Iuda, dicit, & de Regno Christi per Euangelium & Spiritum sanctum, quod incepit in Ierusalem in die pentecostes, & dilatauit per totum mundum. Ite, inquit, in mundum uniuersum &c. Ibi Deus ipse in uiro illo omnipotente Christo suauiter dormiuit, euigilavit & suspexit & adhuc in eternum suspicit, uidet & attendit, apud nos & in nobis agens per suum Spiritum sanctum & Euangelij praedicationem, omnibus diebus usq; ad consummationem saeculi. Paulus Acto. xx. dicit. Ecclesiam suam Deus acquisiuit sibi sanguine suo. Quod itaq; Deus moritur, resurgit, & regnat in dextera patris, omnia sunt & fiunt in isto viro, quem foemina circumdedit, pro nobis, ad salutem hominum, ut Deus in Christo & per Christum reficiat animas lassas & saturet animas solicias. Ro. viii. Christus sedet ad dexteram Dei & intercedit pro nobis.

Habes itaq; hic, quod Deus siue filius Dei Christus, qui in terra Israel suscepit hanc nostram mortalem uitam, consummavit in terra Iuda in Ierusalem, & ubi suauiter ibi dormierat resurrexit ibidem, & incepit ibi per Spiritum sanctum regnare &c. quemadmodum Christus predicit discipulis. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur ibi omnia, quae dicta sunt in Prophetis de filio hominis.

Quæris, Quomodo Christus suauiter dormiuit, qui tam horrenda passus est, & crudeliter ac turpiter crucifixus Christus, B B B bb ij us occi-

CAPVIT

XXXI.

eris occisus est, qui & ipse dixit, Tristis est anima mea usq;
ad mortem, Et factus in agonia prolixius orauit, & fact⁹
est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram,
Et in cruce clamauit uoce magna, Deus meus, Deus me-
us, quare me dereliquisti? Respondeo, Poena Christi fuit
horribilis, terror immensus, occisio crudelis, quando fact⁹
est patri obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis,
sed dormitio Christi in cruce & in sepulchro fuit optata
& ualde suauis, Suauiter dormiunt, qui fatigati laboribus
& miserijs requiem optauerunt, Item Suauiter domiunt
qui ex periculo mortis liberati sunt, Sic Christus nimium
fatigatus terroribus mortis & exhaustus crudelibus pœ-
nis, cum intellexisset se omnia perfecisse, moritur opta-
ta morte & desiderata quiete, quemadmodum ipse dixer-
at, Baptismo haleo baptizari, & quomodo coarctor do-
nec perficiatur, Et in coena, desiderio desiderauit hoc pa-
schia manducare uobiscum antequam patiar, Et in eadem
coena sepe dixit se ire ad patrem.

Vide hæc in historia passionis Christi, Cum om-
nia consummasset & omnia passus fuisset, quæ Deus pre-
dixerat de eo, dixit cum gaudio & gratiarum actione.
Consummatum est, quasi dicat, Sit tibi pater gratia, om-
nia consummaui pro salute hominum super terram in hac
mea mortali uita, perrupi, liberatus sum, defunctus sum
omni malo, nō terror ultra aspectu mortis, nullum peris-
culum est mihi amplius, nihil restat quod patiar amplius,
sed mortem nunc letus suscipio ut finem malorum, ut
optatam quietem post tot fatigaciones, poenas & terrores
mortis, Et statim addit, Pater in manus tuas commendabo
spiritum meum, Et inclinato capite tradidit spiritu, quod
de Stephano dicitur Acto, vij, His dictis obdormiuit, ut
defunctus;

defunctus omni malo & periculo, Et Christus dicit Ioh.
vij. Qui credit in Me mortem non uidebit in æternum.
Terret quidem nos mors & infernus, sed cum ad termi-
num huius uite uenimus, dicimus cum Stephano, Domi-
ne Iesu accipe sp̄iritum meum, & cum Christo. Pater in
manus tuas commendō sp̄iritum meum, hoc est quidem
uere mori secundum carnem, sed nobis non est mors, im-
mo potius transitus a morte in uitam, quemadmodum
Christus dixit, uado ad patrem. Ita suauiter dormiuit
Christus. Præterea Christus in morte sua suauiter dormi-
uit, quia sancta caro eius non uidit corruptionem, quem
admodum psal. xvi. prædictum erat &c.

VT PERSEMINEM. Satis quod ad *Semen Dei*, id
uictum attinet Iudæis datum est, & multiplicati sunt post eū, filii Dei in
captiuitatē Babyloniam in terra Iuda & in terra Israel, Regno Chri-
sti ex Iudæis & Gentibus.
sed tamen Israel non est redditus suis agris & possessioni-
bus, Hic autem dicit Deus, quod uult rursum erigere
utramq; domum & Iuda & Israel, Sicut ante dixerat, Qui
dispersit Israel recolligit ipsum, & curabit eum ut pastor
gregem suum &c. ut cogat utramq; domum in unum
Regnum Dauidis, quemadmodum & ex Micha dictum
est, Ego te Iacob totum congregabo, & reliquias Israel
in unum adducam. Ego ut pastor eas simul in unum ouis-
te colligam, quasi gregem in caulas suas, ut strepens soni-
tus ibi audiatur multitudinis hominū &c. Ezechiel quo-
q; & Ieremias aperte prædicunt de uno pastore & Rege
Dauid, ut ante indicauimus, Hosea ca. iij. sic dicit. Postea
conuertentur filii Israel, & requirent Dominum Deum
suum, & Regem suum Dauid, & glorificabunt Domini-
num & gratiam eius in nouissimo tempore. Et ca. ij. Erit
numerus filiorum Israel ut arena maris, quæ neq; mens
BBB b b iij surari

CAPVT

XXXI.

Iurari neq; numerari potest, Et futurum est, ut in loco
ubi dictum est, Vos non estis Populus meus, ibi dicatur
ipsis, O filij DEI uiuentis. Congregabuntur enim filij
Iuda, & filij Israel simul, & adhærebunt pariter Vni Capiti.
Et ascendent ex terra, quia Magnus erit ille dies Ies
sreel, id est, Seminis DEI.

De quo semine Dei & multiplicatione populorum
in uno Regno Dauidis, id est, Christi, etiam hic dicit Ies
remias, Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, uidelicet post
resurrectionem meam, ut per seminem domum Israel & do
mum Iuda, id est, totum Regnum Dauidis CHRISTI,
multo semine, uidelicet & hominibus & iumentis. Non
erit ibi Semen hominum, quo seminentur & generentur
homines, nec erit ibi semen iumentorum, quo seminen
tur & generentur iumenta, sed erit Semen meum, dicit
Dominus, Ego ipse seminabo & per seminabo in totum
Regnum Dauidis, Semen Dei erunt ibi homines & iu
menta, Quid est hoc aliud, quam quod Hosea dicit, Ies
sreel, id est, Semen DEI, & filij DEI uiuentis, quod de
nouo testamento dictum, testis est etiam Paulus, Rom
ix. Si filij Dei erunt homines & iumenta, de quibus hic
dicit, certum est quod hic rursum loquitur de Monte
Sancto et de habitatione iusticæ, id est, de Regno Chris
tii, in quo omnes habitatores sunt Sancti & iusti, ut ante
dictum est, id est, filij DEI, Homines ergo dicit Iudeos,
iumenta Gentes, quas Iudei pre se contemnebant ut bes
tias, Hisimul erunt Semen, id est, filij DEI, in Regno
Christi, Iohann. i. Quotquot autem suscepereunt eum siue
Iudei siue Gentes, dedit eis potestatem filios DEI fieri,
ijs qui credunt in nomen eius, qui non ex sanguinibus,
neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex
Deo nati sunt, Iacob Patriarcha filios Dei in Regno Si
lo, id est,

IEREMIAE.

CCCLX.

Io,id est,CHRISTI,uocat pullum Christi,& filium asinæ Christi, Gene..xlv,ligans ad uitem pullum suum,& ad palmitem filium asinæ suæ,in Psalmo,lxvij,uocantur animalia & pecora DEI,sicut & greges ouium sæpe solent in scripturis uocari. Animalia,inquit,tua habitabunt in ea,tuis bonis pauperem consolaris Deus, Dominus dat uerbum & exercitum multum Euangelistarum etc,Christus aperte hæc Iohan,x,sic expreſſit. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis,Adhuc alias oues habeo,id est, Gentes, quæ non sunt ex hoc ouili,id est, non sunt Iudei, illas oportet me adducere,& fieri unus pastor & unum ouile.

ET SIC V T VIGIL A V I etc.Dum

sumus sub Lege,sumus sub ira DEI, damnavi propter nostra peccata,hoc interim est uetus testamentum, Quando autem credimus in Christum filii Dei pro nobis passum & resuscitatum,tunc sumus filii Dei patris liberati a Lege,ira Dei,peccatis & morte,& sumus sub Gratia & dilectione Dei,benedicti & dirati per Iesum Christum Dominum nostrum,qui est Benedictio omnium cognitionum terræ,ut promissum est Abraham,Ephe.1.Benedictus Deus etc, Hoc est quod hic promittit Euangeliū siue nouum testamentum,ut & hactenus in hoc loco promisit,dicens.Sicut uigilauit,id est,alacer et studiosus fui uelut iratus & iustus Iudex per Legem meam propter peccata uestra,ut extirparem etc,id est, punirem uos,terrarem,perderem usq; in ignem æternum,Ita uigilabo super uos posthac in Regno Christi,postquam credidistis in CHRISTUM,id est, alacer & studiosus ero, uelut optimus pater, ut ædificem & plantem, id est, ut maneat filius Dei,crescat perpetuo in cognitione Chri

Maledictio re
gis,benedictio
Euangelij.

BBB bb iij sti,86

CAPVT

XXXI:

sti, & fructum feratis salutis, usq; in uitam æternam?

TVNC NON AMPLIUS DI-

Christus tollit cetur. Promittit Deus in nouo Testamento securitatem
a nobis senten- omnibus, qui errores & peccata patrum deserunt, ne me
tiam legis.

truant illam sententiam legis, quæ dicit, Ego sum Deus
Zelotes, uindicans iniuitatem patrum in filios, usq; in
tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt
me. Hæc ipsa promissio & Euangelica sententia multis
uerbis expressa est, Ezech. xvij. lege illuc totum caput.
Patres comederunt immatura, id est, peccauerunt et De
um ad iracundiam concitauerunt, & dentes filiorū ob
stupescunt, id est, nos posteri eorum punimur propter
peccata patrum, quemadmodum etiam querit in Thre
nis noster Ieremias capit. v. etc, Secundum Legem Filij
portant iniuitatem patrum, qui in peccatis patrum per
seuerant, Secundum Euangelium autem uel nouum Pa
ctum, quod hic promittitur, filij qui credunt in CHRI
stum, non portant peccata patrum, sed habent remissio
nem omnium peccatorum, ut mox hic audies. Nam
Christus a maledictione legis absoluit credentes. Qui
uero non crediderit, condemnabitur. Quod hic sic dicit,
Quisquis comederit immatura, id est, contempserit De
um & peccauerit eiusdem dentes stupecent, id est, ipse
propter peccatum proprium condemnabitur.

Nonum testa-

mentum re-

missio pecca-

torum.

ECCE DIES VENIVNT, quando

faciam cum domo &c. Hæc est manifesta promissio no
strui testamenti et abrogatio ueteris. Quam non intelligunt
qui somniant ueterem legem, tantum esse illud sacrifican
di institutum, ueteres rit⁹ & ceremonias, quamuis etiam
dicere uelint de remissione peccatorum. Atque adeo etiam
hodie uideamus quosdam pœnam egregiam sustinere sui
contemptus,

IEREMIAE:

CCCLXI.

contemptus, siue Papistas siue sectarios Sacramentiperas das, qui nostra scripta & doctrinam contemnunt. Siquidem odio nostri scribunt multa, Dum uero haec huius Prophetæ uerba uel in Epistola ad Heb. tractare uolunt aut debent, ostendunt manifeste tantum in cætetis se esse loquaces, nihil autem de abolitione legis, quæ per fidem in Christum est, intelligentes, Quid enim inteligerent hic de sententia, qui ne uocabula quidem intelligunt, ut scirent quodnam sit uetus & quod nouum testamentum? Immo quidam etiam utrumq; permiscent, idem esse alios rentes, sed tradendi modum tantum fuisse diuersum, & propter hunc diuersam habere appellationem, ut nunc nouum nunc uetus dicatur, Ita tandem putant se intelligere abolitionem ueteris, si modum tradendi & obseruationes rituum abolitas tantum dixerint, Audent tractare Epistolam ad hebræos, & illius Epistolæ, sicut & Pauli narum Epistolarum disputationem, de abolita conscientijs Christianorum lege, ignorant, Obscurant ergo eam, non declarant, Interim magno supercilio contra nos contendunt, illam Epistolam esse Pauli, quasi ualde necessaria sit haec contentio. Abstineo nunc ab horum nominibus, Quia post tot admonitiones, ex uerbo DEI eis factas, indigna sunt quæ nostris librís inserantur, Resipiscant, ut non deleantur de libro uiuentium.

FOEDVS NOVVM. Dicendo no-

vum abolet uetus, ut argumentatur etiam Epistola ad Hebræos, quemadmodum & apud homines, testamentum posterius abrogat prius. Id quod & Ieremias sic declarat uerbis Dei, Non ut erat Fœdus quod pepigi cum patribus ipsorum, quando apprehendi manum ipsorum, (quemadmodum apprehenditur manus paruuli ut ducatur) &

CCCcc

eduxi

CAPVT

XXXI.

eduxi eos ex Aegypto, uidelicet in monte Sina. Aliud ergo hic est pactum quam illud uetus. Si quidem illud erat ueteris hominis, & iusticiam eius exigebat coram Deo, quam ipse non habebat nec habere potuit, impossibile enim erat per legem mandatorum hominem iustificari, ut Paulus docet in Actis Apostolorum & in Epistolis suis, & ipse iam iustificatus per Christum, de se conqueritur Rom. viij. &c. Quid ergo ex lege sperares de non iustificatis?

Promisit quidem Deus. Ero uester Deus, sed addit conditionem legis nobis impossibilem. Si manseritis in meis mandatis. Maledictus qui non manserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, ut supra dictum capi. xxx. Hanc maledictionem legis et damnationem nostri, transtulit in se CHRISTUS, & aboleuit creditibus, non tantum aboleuit cæremonias, alioqui ubi esset remissio peccatorum, imputatio iusticie, donatio Spiritus sancti & uitæ æternæ, quæ habemus per CHRISTUM solum, & propter Christum solum, & in Christo solo, fide ei inseriti & filij DEI facti. Hoc est nouum testamentum, sed nouis, qui fide & Spiritu DEI innouantur, exuti uetus state literæ siue legis veteris. Sine hoc Testamento uel pacto nouo omnes homines usq; ad finem mundi, non solum illi increduli Iudei, manent sub Lege, siue veteri Testamento. Non enim sunt sub Gratia, Ro. ij. etiam si religionem Angelorum sibi finxerint, Col. ij. Sic Paulus ait ad Gal. Christum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum Dei receiveremus, non iam serui sub lege, sed liberi sub Gratia. Et Roma. viij. Quod impossibile erat legi, quia imbecillis erat per carnem, hoc Deus proprio filio, misso sub specie carnis peccati, præstitit, ac de peccato condemnauit peccatum.

IEREMIAE.

CCCLXII:

peccatum per carnem, ut iustificatio Legis impleretur
in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed se-
cundum Spiritum etc.

Vetus Testamentum siue Lex DEI reuelat pecca-
tum & exigit iusticiam, Nouum autem Testamentum
siue Pactum, quod est Euangelium, condonat peccatum
& confert iusticiam, Illo omnes rei tenentur morte æter-
na, Hoc omnes absoluuntur & accipiunt uitam æternam.
Illæ uetus literæ occidebat, hic nouitas Spiritus uiu-
ficit, Non enim Euangelio, ut Lege, terrentur con-
scientiae, sed consolationem accipiunt a DEO æternam. Et
sicut Lex, ita & Legis Sacerdotium invitile erat ad puri-
ficandum conscientias coram Deo, Habuit quidem pla-
cationem & remissionem peccatorum, sed legalem, id
est, externam. Separabantur enim homines, qui contra
Legis præscriptum opere externo peccabant, id est, ut
nunc dicimus, excommunicabantur, & rursum uel ab-
lutionibus uel sacrificijs in lege institutis recipiebantur
in externam illam populi & cultus Dei communionem.
Christus uero noui Testamenti Sacerdos, & Mediator
inter Deum & hominem, uere in conscientia coram Deo
pacificat & sanctificat in æternum, ut simus non solum
Sanctorum & hominum & Angelorum participes, sed
etiam consortes diuinæ naturæ per ipsum.

Hic Christus non est Sacerdos Leuiticus aut lega-
lis, sed Sacerdos eternus, in dextera DEI interpellans p
nobis, benedictio omnium cognitionum terræ, sed secundum
ritum Melchizedec, id est, Sacerdos liber, qui sine Lege
iustificet, & gratis suscipiat peccatores, Propiciatorium
nostrum, Roman. iij. Thronus Gratiae, Hebræ. iiiij. Ad-
uocatus apud Patrem Iohann. ij. qui sedet ad dexteram
Majestatis in excelsis, purgatione peccatorum per se-

C CCCC ij metipsum

CAP VT

XXXI.

met ipsum facta, Hebræ. i. Propter CHRIstum Lex non
habet ius nos accusandi, tantum abest, ut habeat ius dam-
nandi, Propter eū enim non imputatur nobis transgres-
sio Legis, id est, peccatum, & propter eum omnia nostra
sunt accepta Deo. Quicquid Legis aut operum in Scri-
pturis commendari legeris, non intellige placere DEO
sine Mediatore CHristo, Sine fide enim impossibile est
placere DEO.

Hac fiducia in Christum contritorem Capitis Ser-
pentis & Benedictionem omnium Gentium, olim ve-
teres illi iustificati sunt, & huius noui Testamenti parti-
cipes facti. Nemo enim vñquam aliter iustificari potuit,
sed obscurius ista tradebat Euāgelium. Semen mulieris
conteret Caput Serpentis, non Lex aut opus nostrum
conteret, In semine tuo, o Abraham, benedicentur cun-
cta cognationes terre, non in Lege, aut operibus huma-
nis, ut rāceam Sacrificia & figurās siue Significationes
legis in CHRIstum respicientes. Prophetæ autem siue
Sancti Prædicatores, ista clarius declarabant, ut ante dia-
xi de Adam, maxime in Psalmis, quod non Lege, sed mi-
sericordia Dei, quæ est in Christo, saluamur etc. Ut uī-
deas vñ semper fuisse fidem iustificantem coram Deo,
etiam apud veteres patres, quæ & apud nos est. Hinc
autem nō sequitur vetus & nouum Testamentum idem
else, nec differre, nisi in modo tradendi, ut quidam nu-
per indoctissime scripsit. Hæc Gratia hic a Deo promis-
titur inuulganda & danda domui Israel & domui Iuda,
id est, toti Regno Davidis, id est, CHristi, quod est Re-
gnum cœlorum, a Ierusalem per Euangelij prædicatio-
nem dilatatum ad omnes Gentes.

QVOD Foedus ipsi non seruauerunt? Vis
de supra

IEREMIAE.

CCCLXIII.

de supra capit. xxx. Non solum non seruauerunt illi per externam Idolatriam & contemptum uerbi DEI, & per illam turpitudinem uitæ, & per uitia, quæ sunt spuma illicius internæ infidelitatis, quam impietas humana non uidet, sed etiam nemo unquam præsttit, aut præstare posse, quæ Lex DEI iure a nobis exigit. Quia Deus creauit primum hominem rectum, quem Lex iustificare non potuit, quia iustus et Sanctus erat secundum imaginem, Dei. Nunc autem peccatores, Lex non potest non damnare, tantum abest, ut iustificet, Ergo Lex nunquam iustificauit, aut iustificare potuit, Immo & hoc quoq; adendum est, quod si quis præstitisset omnia quæ Lex exigit, id quod est impossibile, tamen sine CHRISTo non fuisset iustificatus. Hæc enim gloria soli CHRISTo, sine operibus legis, semper debebatur. Et Christus iustificatis filiis Dei, qui Legem utcumq; per Gratiam, faciunt, dicit Cum feceritis quæ precepta sunt uobis, dicite. Servi inutiles sumus, quæ debuimus facere, fecimus.

Propter Legem non commendamur DEO, sed vituperamur a Deo. Quia sumus legis transgressores, id quod hic sic dicitur, Quod fœdus ipsi non seruauerunt. Et ex hoc loco Epistola ad Hebræ, capit. viij. dicit, Vituperans eos etc, Eos dicit, qui legem debebant obseruare, non uituperans eam legem, uel illud Pactum, quia Lex sancta & bona est etc, Quia uero Deus homines saluos uoluuit fieri, id quod per Legem erat impossibile, necesse erat abrogare Legem, & per Euangelium dare nobis Christum, iustificatorem et Saluatorem, et æternum pro nobis coram patre Sacerdotem etc, Quæ causa hic exprimitur, Dabo aliam Legem, quia Pactum illud uetus non seruauerunt.

CCCCC ijij Quare

CAP VT

XXXI.

Quare ergo data est Lex siue illud pactum uetus?
Respondeo. Non data est ut iustificaret, quia ita inutilis
eset Christus, ut Galatis Paulus declarat. Sed data est,
primum, propter transgressores, ut cohiberet homines,
ne tantum malifaciant quantum uolunt, & ne quid im-
pune faciant, Interim tamen infidelitas & contemptus
Dei & prauæ cupiditates feruent in animo, etiam apud
Sanctulos, qui dicunt Lycæ xvij. Non sum sicut cæteri
&c. Deinde data est lex maxime & principaliter, ut per
eam reuelaretur & cognosceretur peccatum, ut lege per-
terfactæ conscientiae ad Deum configuant, ut ille Pub-
licanus qui dixit, Deus propicius esto mihi peccatori. Hec
fuit maxime necessaria legis tradendæ causa. Siquidem,
ut ctiam uidere licet in libris Philosophorum, nos omnes
natura corrupta sic sumus affecti, ut in necessitate & ter-
roribus conscientiarum, ad iusticias humanas & nostra
opera configiamus, Nec possunt homines ab hac opinio-
ne auelli, nisi Spiritu Sancto per Euangeliū, Nam inde
ueniunt illæ commendationes iustificationis humanæ
apud Ethnicos, apud Phariseos, apud Pseudapostolos,
apud Pelagianos, apud Papistas, apud Anabaptistas. A
quisbus impossibile est nobis deficere, nisi prius cognoscas-
mus impietatem cordis nostri quod sumus absq; timore
& fiducia Dei, et malis affectibus laboramus erga proxio-
mū, utcunq; aliud simulemus, Hec cognitio fit lege Dei,
ut Paulus ait, Lex est cognitio peccati, Sed si in ea steteris,
desperabis, Et certe propter legem tibi desperandum est,
Pessime translatum est in psalmo, Prop̄ legem tuam su-
stinui te Domine, nisi legem accipias genereliter pro omni
uerbo Dei, ut etiam Euangeliū includas.

Crudelis ergo est Deus qui tales legem dat? Non,
Sed

Sed ita urget ad Christum. Per legem enim efficit ne confidas in legem sive in tua opera, sed de te desperans des gloriam Deo, & confidas in Christum. Hoc Paulus Galatis sic expressit, Lex fuit paedagogus ad Christum, non solum illa externa paedagogia uel obseruatione & cultu Deilegalis, sed multo magis cognitione peccati, ut dixi, ex decem praeceptis, quemadmodum omnium noster paedagogus est lex, ut desperantes de nobis, Christum iusticiam nostram amplectamur.

Nihil ergo est, quod indocti inferre uolunt. Si lex non iustificat, lex est inutilis. Nam stultum hoc est, perinde atque si dicas. Sol non iustificat, Ergo Sol est inutilis. Quasi uero inutile sit quicquid non iustificat. Inutile quidem est ad iustificandum quicquid non est Christus, sed tamen suos habet usus a Deo ordinatos. Lex prohibet malefactores, ut pax & honestas seruetur. Lex conuincit hypocrisin nostram, ne quis se iustum credat, ut maneat Christo sua iustificationis gloria. Lex mandat proximum diligere, Bona opera quae Deus praecepit a iustificatis filiis Dei praestantur erga Deum & proximum ad gloriam Dei, & placent Deo, ita ut pro his mercedem promittat, & reddat non meritam sed promissam filiis. Quae est terrena causa datae legis propter filios Dei, ut sciant quae opera praestante debeant, & praestantes sciant illa opera placeare Deo quae Deus praecepit. Hac omnia scilicet tu in utilia dices?

Verum talia bona opera cum fiunt libere sine lege, hoc est, lege non cogente, sed spontanea a iustificatis, mandata quidem sunt a Deo sive a lege Dei, non tamen sunt opera legis, sed fructus Spiritus Gal. v. Sed ne his quidem debetur gloria iustificationis, quia a iustificatis fiunt, &

CCCcc iiiij illa gloria.

CAPVT

XXXI.

illa gloria soli Christo debetur. Fructus non sunt arbor,
sed ex arbore ueniunt. Quod si his sanctis & Deo plas-
centibus operibus non tribuitur iustificatio, quemad-
modum Christus dicit, Cum feceris omnia quæ præce-
pta sunt uobis etc, ut taceam quod talia adhuc immunda
sunt. id est, imperfecta, propterea quod nihil satis facim⁹,
placent tamen DEO propter inchoatam obedientiam,
quia persona faciens placet propter CHRISTUM. Si, in-
quam, illis operibus sanctis nō potest tribui iustificatio,
quid quæso aliud est quam impietas, operibus legis, &
quod indignius est operibus traditionum humanarum,
id est, mendacijs Satanae tribueret iustificationem?

ET EGO COGERAM eos, ut seruos
inuoluntarios sub lege, filij DEI fieri non potuerunt, Eg-
regia uero laus nostra, quod sub lege serui, inuolunta-
rii sumus. Vulgo recte dicitur, Non placent DEO coa-
cta seruitia, tantum abest ut Lex iustificet. Supra dixit:
Vigilauit super uos, ut extirparem, lacerarem, uastarem,
perderem, quæ sunt poenæ Legis. Vide maledictiones
Legis in Leuitico & Deuteronomio. Contra in Psalmo
Cx. de populo Christiano dicitur, Populus tuus erit
spontaneus. Sub lege est coactio, poena & damnatio.
Sub Gratia est libertas, obedientia, & uoluntarius an-
tius. Paulus dicit, Hilarem datorem diligit Deus. Id
quod nunc sequitur.

DABO legem meam in corda eorum &c,
In hunc locum manifeste respexit Paulus, quando scri-
psit de Litera et Spiritu. ij. Corint. iiij. Impietas mendaci-
um spirituum hodie ex his Ieremiæ uerbis contemptum
& plane non necessarium facit uerbum externum et mi-
nisterium Spiritus sive uerbum prædicatum, cum tamen
hoc non

hoc non dicat Ieremias, sed Dominum daturum suam legem, id est, Spiritum sanctum, siue fidem, siue spiritum fidei in corda hominum, tunc futurum ut ipse sit eorum Deus, id est, Pater, secundum primum Preceptum, Non habebis Deos alienos coram Me, uel mecum, & ipsi sint Populus eius, id est, filii, ut Galatis dicitur, Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, Abba pater, de qua sententia diximus supra, capit. xxx. Tunc etiam futurum, ut quisque non doceat proximum suum, uidelicet hoc, Cognoscere Dominum. Id quod sic exponit, Nam omnes cognoscunt Me, & minimi & maximi, quotquot hoc nouum Pactum in Regno meo suscepint, quibus Legem meam, id est, Spiritum sanctum dedero in corda et mentes. Vnde autem scient & certificabuntur, me deisse Legem meam, id est, Spiritum sanctum in corda ipsorum, quod non Hypocrisi, sed ueritate cognoscant me Patrem, siue adorent Patrem in Spiritu & ueritate? Quia, inquit, propicius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non recordabor amplius, id quod ita apud se sentient & gratias agent, uidelicet, suum peccatum esse abolidum, se habere propicium Patrem in cœlis. Quod futurum est non aliter quam per Iesum CHRISTUM filium Dei pro nobis incarnatum, quemadmodum de iusto germine Davidis supra diximus, capi. xxij.

Hæc proprie dicuntur contra omnes homines, qui nihil aliud quam caro sunt, etiam tum quando cultus DEI fingunt & religiones Angelorum, ut non opus sit dicerre de alijs, Iohann. iiiij. Quod natum est ex carne, caro est etc, Qui enim sunt sub lege, non possunt intelligere remissionem peccatorum, propter solum Christum, id est, quod Sola in CHRISTUM fide iustificandi sunt, Iecirco

DDD dd Domi-

CAP V T XXXI.

Dominum non cognoscunt, ut maxime multa dicant & scribant & clament, de Deo, ut facti et Papistici Theologi. Nam Dominum uere cognoscere, est scire, quod Deus creator coeli & terae est Pater tuus per CHR Istum. Alioqui eum tibi tyrannum, ut non est, perpetuo per infidelitatem tuam somniabis.

Deinde etiam haec dicuntur contra factatores spiritus, qui nihil aliud habent in ore quam Spiritus, Spiritus, & de articulo iustificationis, neque pro se, neque pro alijs, sunt solliciti. Cognosce eos & probato spiritus. Non sunt a Deo, quando quisque suas urget opiniones, & nihil uel parum solliciti sunt, ut doceant fiduciam remissionis peccatorum. Vanissimi homines sunt, & tamen inflati, ut antea Monachi nostri, mente carnis suae, in ihs quae non uiderunt, prae se alios contemnunt Col. ij. etc.

Haec, inquam, Ieremias nomine DEI hic dicit futura, uidelicet, ut homines accipiant Spiritum Sanctum in corda, & ita cognoscant Dominum. Quia hoc modo cognoscunt sibi remissum esse peccatum, & certificabuntur in Christo de misericordia & Gratia Dei. Impossibile enim est hominem uel unum aliter iustificari & de Gratia DEI certificari, ut non dicam, quod aliter tibi Gratia Dei esse non potest. Lex et opera Legis hic nihil efficiunt. Mortua enim litera, extra corda, in tabulas saepe scripta, uiuificare non potest etc.

Et non dicit hic interim Ieremias, uel negat, quo meo Deo hoc sit facturus, uidelicet per prædicationem Euangelij, atque adeo contra istos ministerij Euangelij contemptores ante dixit, Adhuc auditetur in terra Iuda & in ciuitatibus eius, Dominus benedic tibi etc. Item alibi de nouo Testamento, Dabo eis Pastores etc. Sic & Ioe I dicit

IEREMIAE.

CCCLXVI.

Ioel dicit, Et prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ etc,
In nunc mendax Prophetæ, et dicit Sanctos Prophetas prædicere, quod in nouo Testamento non erit publica prædicatio, Diabolus ipse ex te loquitur, Nam CHRISTUS propterea ascendit in altum, ut daret dona hominibus, Apostolos Prophetas, Euangelistas, Doctores, Pastores, Ephe. iiiij. Sed quid nobis cum illa insania et blasphemia uanissimorum hominum. Solus Deus dat Legem suam, id est, Spiritum in corda, sed per prædicationem Euangelij. Sic enim ordinauit DEVS suæ Ecclesiæ, ut Paulus Ephe. iiij. dicit.

Ignorantes fidei, indigent doctrinæ DEI per uerbū Euangelij, quia nondum credunt, siue habent Spiritum, Scientes autem, indigent exhortatione & consolatione, & contra Hæreticos & phanaticos spiritus, defensione, ut persistant in uerbo Dei, crescant in cognitione Christi, et fide perpetuo fiant fortiores, Et tamen, quis docet, quis exhortatur, arguit, consolatur, confortat, nisi solus Deus suo Spiritu, sed per ministerium uerbi? Spiritus enim est in nobis efficax per uerbum. Id quod manifeste dicit Paulus contra hosce phanaticos spiritus, hunc Ieremiæ locum interpretatus. ij. Corint. iij. Vos, inquit, estis Epistola Christi (id est, a Christo principe nostro scripta, cuius nos Notarij & Legati sumus) ministerio nostro a nobis conscripta, non atramento, (ut apud homines fit, & quemadmodum & sacra & prophana extra homines scribuntur in chartas, Hic etiam stulte diceres, scilicet, Paulum nunquam atramento scripsisse) Sed Spiritu dei uiuentis, (uides quod Paulus & Euangelici prædicatores, prædicatione Euangelij, scribunt Epistolam Christi Spiritu DEI uiuentis, Nam Deus ipse donat Spiritum & fidem, & nullus alias, sed per ministerium uerbi, per D D D d d ij quod

CAP V

XXXI.

quod etiam absoluimus a peccatis) Non in tabulis lapi-
deis(Cut Lex scribebatur a Deo carnalibus et durum cor
habentibus,scriebatur,inquam,extra corda in saxa, &
saxeis cordibus,quæ ut natura erant, ita & per Legem
dura manebant,atq; adeo duriora siebant,Aut enim fie-
bant uel manifesti contemptores,uel excoecati hypocri-
tae,aut desperati peccatores) Sed in carneis tabulis cor-
dis(id est, Spíritu sancto illuminatis & mollificatis per
Euangelij prædicationem, quæ Gratia promittitur,E-
zech. xxxvi.lege illuc) Fiduciā ergo talem habemus
per CHRIstum erga Deum, non quod idonei simus ex
nobis ipsis cogitare quicquam, tanquam ex nobis (Qui
des quo referat omnia Paulus) sed idoneitas nostra ex
Deo est,Qui et idoneos nos fecit ministros noui Testa-
menti(id est, Euangelij & remissionis peccatorum, siue
Gratiae Dei,quando interim Lex iram operatur) Non
literæ (Quam solam sine Spíritu adferebat Moses in ta-
bulis saxeis. Erat enim Lex mandatorum in Decretis.
Coll.ij.Ephe.ij.exigens iusticiam & spiritualia ab iniu-
stis & carnalibus hominibus, Non enim aliud sunt om-
nes homines per naturam.) Sed Spíritus (id est, Spíri-
tus sancti,qui ministratur siue datur a Deo solo per mi-
nisterium nostrum,id est,per prædicationem Euangelij,
hic Spíritus est nobis fiducia in Deum,et iustitia æterna
per solum Christum,id quod ministerio Legis fieri non
potuit) Nam litera occidit (id est, Lex scripta in saxa,
perterrefacit & confundit,& desperare facit conscientiæ
as,unde postea uocat Legis prædicationem ministerium
mortis & condemnationis) Spíritus autem uiuificat,id
est,fides siue fiducia in Deum, digito Dei,id est,Spíritu
sancto scripta in corda nostra per ministerium siue præ-
dicationem Euangelij,recreat & confortat nos consola-
tione æters-

tione æterna, contra peccatum, mortem & inferos, Non licet aliam reperire uiuificationem ijs, qui in infidelitate & delictis suis sunt mortui, ut dicitur, Ephe.ij. Col.ij. Per fidem enim facti filij DEI, clamamus Abba pater. Et ita Spiritus, Roma. viij. testatur spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Hic regnat uita per CHristum, translata morte nostra, qua damnati sub lege præmuntur omnes homines.

Stultissimi sunt, qui excogitatis legibus & traditionibus humanis iusticiam querunt, quando hic audiunt, id quod & experientia, nisi excœcati simus, docet, legem Dei in se sanctam et bonam esse, dum prædicatur ministerium mortis & damnationis, ut homines agnoscant suum peccatum & mortem, Solum autem ministerium Euangelij, siue noui Testamenti, est ministerium Spiritus, Gratie, salutis, remissionis peccatorum, reconciliationis, breuiter, uitæ æternæ.

Vides itaq; stulticiam illorum, qui multa gloriantur in facie, & non in corde. ij. Corint. v. qui præ abundantia mentiti & ficti sui spiritus contemnunt & contemptum faciunt externum DEI uerbum siue Euangelij ministerium, quod est uehiculum Spiritus sancti ad cor nostrum. Et tamen ipsi uolunt esse Doctores omnium, etiam in ijs quæ sunt contra uerbum DEI & fidem Electorum. Contra quos lege elegans scriptum Augustini in præfatione librorum de doctrina Christiana. Esaias de Prædicatoribus Euangelij dicit. Quam speciosi pedes super montes Euangelizantium bona, prædicantium pacem, dicentium ad Zion, Regnabit Deus tuus etc. Et CHRISTus ad eos, Vos estis lux mundi, uos estis salterræ etc.

Quod ergo hic dicitur, Nos docebit aliquis alium

DDD d d. ij aut:

CAPVT XXXI.

aut frater fratrem, Cognosce Domínum, non dicitur de abrogandis Euangelij ministris, ut Satan uult in suis Prophetis, Nam & ipse Dominus Iesu prædicauit, non solum incredulis ut cōuerterentur, sed etiam ijs qui iam crediderant et illud pactum nostrum suscepserant, hoc est, discipulis suis. Similiter & de fidelibus scriptum est in Actis Apostolorum, Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum etc, Hi tamen Spíritum sanctum acceperant, Sic & Paulus prædicat & scribit etiam ijs qui iam crediderant. Et nos tali ministerio carere nō possumus, nisi uelimus esse absq; consolatione, absq; uerbo DEI et Spíritu.

Sed proprie hoc dicitur contra doctrinas humanas, fingentes nouas opiniones, cultus & obseruationes, unde cognoscatur Dominus & placetur Deus, & contra iactatores Spíritus, qui sua somnia, non Dei uerbum docent, atq; adeo etiam contra Mosen & Legem hoc dicitur, quæ exigit quidem cognitionem D E I, sed non præstat, Nemo sub seruitute Legis, multo minus sub seruitute traditionum humanarum cognoscit Dominum, Nam Dominum uere cognoscere, est eum credere esse patrem nostrum, quò nemo peruenit, nisi apprehendat nouum Testamentum siue Pactum, promissionem Gratiae in CHristo Iesu Domino nostro, quemadmodū ipse dicit, Ego sum uia, ueritas & uita, Nemo uenit ad Patrem, nisi per Me, Item, Hæc est uita æterna, o Pater, ut cognoscant te solum uerum DEVUM, & quem misisti IESVM CHRistum.

Hanc cognitionem Dei nullus homo docet, sed soius Deus suo Spíritu dat & scribit in corda & mentes hominum, licet per uerbum prædicatum vel scriptum, ut cognoscant ipsum omnes qui acceperint ab eo legem Spiritus

IEREMIAE.

CCCLXVIII.

ritus in cor scriptam a minimo usq; ad maximum, id est, tam populi quam prædicatores, siue potius tam parua si de quam magna donati, Tunc homo docet fictam DEI cognitionem, quando docet sine uerbo Dei & contra uerbum DEI de iustificatione, quando iusticia humana & doctrinæ dæmoniorum docentur. Tunc autem homo non docet cognitionem Dei neq; externe neq; interne quando syncerum prædicatur Euangelium. Quia non solum doctrina est Dei & non hominis, id quod etiam de Lege dici posset, sed etiam ipse Deus suo Spiritu sancto solus per Euangeliū prædicationem docet quos uult, sui cognitionem, quod non Iudex nobis sed pater esse uult & est, quemadmodum uides Ioh. vi. Vbi Christus exterrit uerbum prædicat & externe docet, sed qui non docentur a patre & trahuntur per Spiritum sanctum, ut ipse ibi dicit, non credunt siue cognoscunt Dominum ex illo prædicato Christi Euangeliū, Cognoscit autem Petrus cum suis condiscipulis, & ait, Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognovimus, quod tu es Christus filius Dei uiui, Lege illuc totam concionem Christi, ubi & hanc Ieremiac sententiam citat ex uerbis Esaiae, Erunt omnes gentes uide dicet in nostro Testamento & Regno Christi,

Hanc sapientiam cognitionis patris mundus ignorat, & audiens irridet 1. Cor. 1. Lege quæ sequuntur 1. Cor. ij. Quæ oculus non uidet &c. Nobis autem Deus reuelauit per Spiritum suum, Matth. xi. Patrem nemo nouit nisi Filius, & cui uoluerit filius reuelare, Et ad Petrum dicitem, Tu es Christus filius Dei uiui, dixit. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in coelis, Et tamen Petrus sicut ante ita & post opus habebat externa prædicatione, & uerbo Euangeliū rursum post negatio-

DDD dd iij nem

CAPVT XX XI.

nem uiuificabatur, quemadmodum Angelus mandauit,
Dicte discipulis eius & Petro quod surrexit Dominus.

Breueriter, Legis ministerium facit cognoscere peccatum & iram Dei, Euangelij ministerium facit cognoscere Dominum. Quando Euangelium prædicatur, quidam cognoscunt Dominum, quia illis dat Deus Spiritum sanctum ut credant prædicato Euangelio, Quidam uero non cognoscunt, quia illis non dat Deus Spiritum sanctum ut cognoscant Dominum siue ut credat, Hinc licet per Euangelium, tamen solus Deus dat sui cognitionem, & non uult aliter dare quam per Euangelium, quem admodum Paulus dicit Rom. i. Euangelium est Dei potentia ad salutem, sed addit, Omni credenti. Et de sui legatione siue de suo ministerio dicit, ij. Cor. v, Deus reconciliavit nos sibi per Iesum Christum deditque nobis ministerium reconciliationis. Itaque nomine Christi legatione fungimur, tanquam Deo uos exhortante per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini Deo.

Habes ergo, quod solus Deus dat sui cognitionem in corda in Ecclesia Christi, Id quod inde certo certius cognoscimus, quia facit ut credamus nobis esse remissum peccatum, Cognoscent, inquit Me, quia Remittam eis iniquitates ipsorum, & non recordabor amplius (in conscientiis eorum) peccatorum ipsorum. Qui non agnoscent sua peccata a Deo propter solum Christum remissa, ita ut gratias agant Deo liberatio lege, peccato, & morte, sed uolunt adhuc satisfacere pro peccatis, & querunt iustificari per sua opera, illi nondum cognoscunt Deum esse patrem suum, neque orare siue inuocare possunt, quia exinde pater inuocandus est, in nomine Christi, & qui sic inuocat,

uocat, ille uere cognoscit Dominum & adorat patrem in
Spiritu & ueritate. Ioh. iiiij. Nec per hoc excluditur uerbi
ministerium, quo medio Deus utitur ad sui cognitionem.
Siquidem promissionibus erigit & uiuiscat, qui territi &
occisi lege desperabant, Confert huc quæ Paulus dicit
de litera legis & de Spiritu fidei, illa occidente, hoc uiuisci
cante, & quæ sæpe scriptura dicit de Carne & Spiritu,
Lex enim imbecillis erat per carnem nostram Rom. viij.
& quæ nos sæpe & ualde necessario solemus dicere de
discrimine ueteris & noui Testamenti siue legis & Euana-
gelij.

Aduerte hic etiam, quod diserte dicit, Quando ap-
prehendi manum ipsorum, & eduxi eos ex Aegypto, Ne
quis existimet hic Deum loqui de Testamento q̄ Deus
pepigit cum Abraham, In semine tuo benedicentur cun-
cta cognationes terræ, Nam hoc proprie est nouum Te-
stamentum, in Christo nobis confirmatū, quod ibi ut hic
promissum, quod lex postea data non potest irritum face-
re, lege Gal. iij. &c.

QVI dat diei Solem. Hactenus promissio-
nes Dei audiuimus, nunc etiam addit iuramentum, ut
uideas hoc nouum testamentum esse æternum, ut per di-
as res immutabiles, uidelicet Dei promissionem & iura-
mentum, in quibus fieri non potest ut mentiatur Deus,
ualidam consolationem habeamus &c. Heb. vi. Israel est
abductus, Iuda est abducendus in captiuitatem, Ergo, in
quicunque, peribit totum genus Israel, Respondet De⁹, Non,
Sed in nouissimo tempore Ero Deus cunctis cognacio-
nibus Israel, & dabo uobis in terra uestra Christum, no-
uum Testamentum, salutem totius mundi. Hæc est sum-
ma totius huius capituli, quasi dicat Deus, Semper habebo

EEEee populum

CAPUT

XXXI.

populum Israel, etiam in captiuitate & post captiuitatem ex Iudeis & Gentibus, quemadmodum Paulus Israelem secundum fidem respicit & filios Abrahæ Gal. iiiij. Rom. ix. Et tamen etiam Deus carnalem Israelem seruauit usq; ad Christum, ut supra diximus saepe, Dicit itaq;. Vbi perierint tales ordinationes &c. Id est, Ego sum Dominus omnipotens faciens admiranda in cœlo & in terra, quæ sunt omnium oculis conspicua, Ergo firmissimum erit quod nunc promitto. Sicut leges cursuum Solis & Lunæ sunt statæ per Me, ita & hoc &c.

QVANDO SVPER NE.

Vt hoc

*Dilectatio Re-
gni Davidis
Bhristi,*

fieri non potest, ita etiam fieri non potest ut abiçiam universum semen Israel, & non potius ex eis saluem & seruem Mihi populum. Et ne hic trepident conscientiae propter peccatum, addit, Non abiçiam propter omnia quæ faciunt. Magna consolatio, quod etiam peccata nostra non possunt irritam facere DEI promissionem &c, quæ alias diximus.

VT ÆDIFICETVR CIVITAS.

Turris Hananeel, iiij. Esdræ iiij. Porta anguli, iiiij. Reg. xiiij. Porta equorum, iiij. Esdræ, iiij. Et addit alia loca extra Ierusalem, ut collem Gareb & Gaath, deinde & uallem cadaverum atq; cinerum, & totam regionem siue agrum mortis, quibus uerbis significat Tophet & Gehinnom, de quibus diximus supra, ca. vij. Usq; ad torrentem Kidron, qui est notus uel ex Euangeliō locus & iiij. Reg. ii.

Ait ergo. Civitas Ierusalem nunc quidem per Babylonios uastabitur, sed reædificabitur, ut ante dictum, post captiuitatem Babyloniam. Vbi autem pactum nouum inuulgatum fuerit, per Virum quem foemina circumdes-
dit, per-

dit, per Contritorem Capitis Serpentis, uestrum Messiam, & scripta fuerit Lex DEI in corda, abolito peccato, hoc est, Vbi Regnum Messiae uenerit, ad quod confluent omnes Gentes, tunc erit adhuc longe alia Ierusalem, multo augustior, quæ extendetur & dilatabitur ad Aquilonem, & ad occidentem, & ad omnes mundi partes, ut loca quæ nunc sunt extra Ierusalem sint intra Ierusalem, i.e. ge Zach. iiij. ut ante dixi. Nolite itaq; metuere. Populus Israel multiplicabitur, & Ciuitas Sancta, siue Ciuitas DEI uralde dilatabitur, & Ciuitas Sancta & Sanctuarium, ita a Deo firmabitur ut nunquam in æternum possit rumpi & uastari, ut iam per Babylonios uastabitur.

Quibus uerbis manifeste describit dilatationem Regni Christi in Iudæa incipientis, sed carnali descriptione coram carnalibus. Nam in Ierusalem & templo, quod post captiuitatem ædificabatur non mansit postea lapis super lapidem, secundum prophetiam Christi, nec illa Ierusalem sic unquam dilatata est, Ierusalem autem quæ sumi est, est mater nostra Gal. iiiij. Heb. xij. ad quam confluunt omnes Gentes Esa. iiij. & ibi nascuntur omnes Gentes & habitant, psal. lxxxvij. &c. quæ dixi alias, primum cap. iij. in articulo tertio & quarto. Latior ergo erit nunc Ierusalem quam terrena unquam fuit aut erit, Nam antea in Iudæa solum notus erat Deus, Nunc autem uenient (Matth. viij.) ab Oriente & ab Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum, Sanctum erit Dominum, id est, hoc totum erit Dominum separatum & sanctificatum, Regnum uidelicet DEI in Christo, Hoc non uastabitur neq; uiolabitur in æternum, quod de terrena Ciuitate dici non potest, hoc est æternum Regnum Christi nobis in prophetis promissum & per Euangelium exhibitum.

EEEEE ñ Caput

CAPVT XXXII.



OC est uerbum quod factum est ad Ieremiam a Domino , in anno decimo Zedekia Regis Iuda , ipse est annus decimus octauus Nebu cad Nezar. Tunc exercitus Regis Babylonis obsidebat Ierusalem.

Et Ieremias Propheta erat clausus in atrio carceris,iuxta domum Regis Iuda , quo posuerat eum clausum Zedekia Rex Iuda , & dixerat, Quare uaticinaris & dicis, Hæc dicit Dominus , Ecce Ego do Ciuitatem hanc in manum Regis Babylonis , & ipse capiet eam , & Zedekia Rex Iuda non effugiet manus Chaldæorum , sed tradam eum in manus Regis Babylonis , & loquetur os eius cum ore eius , & oculi eius oculos illius uidebunt. Et ducet Zedekiam in Babylonem , ibi erit donec uisitem eum , ait Dominus , Nam etiamsi dimicaueritis aduersum Caldæos , nihil prosperum habebitis .

Et dixit Ieremias . Factum est uerbum Domini ad me , dicens . Ecce Hanameel filius Sellum patrui tui uenit ad te , & dicet , Emetibi agrum meum qui est in Anathot . Tibi enim competit iure propinquitatis ut emas . Et uenit ad me Hanameel filius patrui mei , secundum uerbum Domini , ad uestibulum

IEREMIAE.

CCCLXXI.

uestibulum carceris, & ait ad me, Eme quæso agrū
meū, qui est in Anathoth, in terra Beniamin, quia
tibi competit iure hæreditatis & tu propinquus
es ut possideas.

Intellexi autem quod uerbum Domini esset,
Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui
est in Anathoth. Et appendi ei pecuniam septem
siclos & decem argenteos, Et scripsi literas & sig-
naui, & adhibui testes, & appendi pecuniam in sta-
tera, Et suscepī ad me literas signatas emptionis,
secundum ius & consuetudinem, cum aperto Ex-
cripto. Et dedi literas emptionis Baruch filio Ne-
ria filij Mahaseia, in conspectu Hanameel patru-
lis mei, & in conspectu testium qui scripti erant in
literis emptionis, & in conspectu omnium Iudeo-
rum qui habitabant in atrio carceris. Et præcepi
Baruch coram eis, dicens, Hæc dicit Dominus Ze-
baoth Deus Israel, Sume hasce literas, literas emp-
tionis signatas, & hoc apertum exscriptum, & po-
ne ea in uas fictile, ut permanere possint diebus
multis, Hec enim dicit Dominus exercituum De-
us Israel. Adhuc ementur domus & agri & uineq;
in hac terra.

Et ubi tradideram literas emptionis Baruchi
filio Neria, oraui ad Dominum, dicens. Ah Deus
Domine, Ecce tu fecisti cœlum & terram fortitu-

E E E e e iiiij. dine:

CAPVT

XXXII:

dine tua magna & brachio tuo extento, non est ti-
bi quicquam impossibile, qui facis misericordiam
in multa milia, & reddis iniquitatum patrum in si-
num filiorum eorum post ipsos, Deus magne &
fortis, Dominus Zebaoth est nomen tibi. Ma-
gnus est consilio, & potens opere, Oculi tui sunt
aperti super omnes vias filiorum hominum, ut
reddas unicuique secundum vias suas, & secundum
fructum studiorum eius.

Qui fecisti signa & prodigia usque in diem
hanc, & in Israel & in hominibus. Et fecisti tibi no-
men, sicut hodie uidere licet. Et eduxisti populum
tuum ex terra Agypti, per signa & portenta, per
manum robustam, per brachium extentum & ter-
rorem magnum. Et dedisti eis terram hanc, quam
iurasti patribus eorum ut dares eis, terram fluen-
tem lacte & melle. Et ingressi sunt, & possederunt
eam, et non obedierunt uoci tue, & in lege tua non
ambulauerunt, omnia quae mandasti eis ut faces-
rent non fecerunt, Ideoque euenerunt eis omnia ma-
la hæc.

Ecce obsessa est hæc Ciuitas ut capiatur, &
propter gladium, famam & pestem, tradatur in
manus Chaldæorum qui pugnant aduersus eam,
Quicquid locutus es hoc accidit, quemadmonum
ipse uides. Et tu dicis mihi Deus Domine, Eme-
agrum

IEREMIAE. CCCLXXII.

agrum pecunia, & adhibe testes, cum urbs data sit
in manus Chaldaeorum.

Et factum est uerbum Domini ad Ieremiam, dicens. Ecce Ego Dominus sum Deus omnis carnis, Mihi scilicet aliquid esset impossibile? Propterea haec dicit Dominus, Ecce Ego trado ciuitatem hanc in manus Chaldeorum, & in manus NebucadNezar Regis Bbylonis, & capiet eam. Et Caldæi qui oppugnant hanc ciuitatem ingredientes succendent eam igni et comburent eam & domos eius, super quorum tecta sacrificauerunt Baal, & libauerunt Dijs alienis libamina ad irritandum Me.

Fecerunt enim filij Israel & filij Iuda iugiter malum in oculis meis a pueritia sua. Et filij Israel irritauerunt me per opera manuum suarum, dicit Dominus. Ab eo enim quando ædificata est ciuitas haec usq; in hunc diem, concitauit Me ad iram & furorem, ut abiçiam eam a conspectu meo, propter omnem maliciam filiorum Israel & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam Me prouocantes. Ipsi, et Reges eorum et Principes eorum et Sacerdotes eorum & Prophetæ eorum, uiri Iuda et habitatores Ierusalem uerterunt ad Metergum & non faciem, cum docerem eos mane, Noluerunt autem audire ut emendarentur. Præterea posue-

EEEee iiiij rung

CAPVT XXXII.

runt Abominationes suas, in domum, quæ uocatur nomine meo, ut polluerent eam. Et ædificaerunt Excelsa Baal in ualle Benhinnom, ut incenderent igni filios suos & filias suas Moloch, de quo non mandaui eis, nec unquam ascendit in cor Meum, ut facerent abominationem hanc, & in peccatum duderent Iudam.

Et nunc propter ista Hæc dicit Dominus Deus Israel de ciuitate hac, de qua uos dicitis, q̄ tradetur in manus Regis Babylonis præ gladio, fame & peste. Ecce Ego congregabo eos ex universis terris, quo abiçio eos in furore meo & in ira mea & in indignatione grandi, & reducam eos ad locum hunc, & habitare faciam eos secure. Et erunt Mihi populus, & Ego ero eis Deus. Et dabo eis cor unum, & uiuam unam, ut timeant Me cunctis diebus, ut bene sit eis & filijs eorum post eos. Et feriam eis pactum æternum, & non desinam eis benefacere, & timorem mei dabo in corda eorum, ut non recedant a Me. Et delectabor benefacere eis, & plantabo eos in hac terra in ueritate, in toto corde Meo, & in tota anima Mea.

Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi super populum hunc omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum quod loquor.
Et

Et ementur agri in terra hac, de qua uos dicitis quod
deserta erit, ut non remaneat in ea neque homo neque
iumentum, & quod dabitur in manus Chaldaeorum,
Agri utique ementur pecunia, & hoc literis sigillis
& testibus firmabitur, in terra Benjamin & in cir-
cumitu Ierusalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitati-
bus montanis, & in ciuitatibus campestribus, &
in ciuitatibus quae ad Austrum sunt, Quia uertam
captiuitatem eorum, dicit Dominus.

Confirmat promissiomen de reditu post septua-
ginta annos externo signo. Siquidem iussu Dei emit a-
grum, cum iam obsidetur Ierusalem, & ipse propter uer-
bum Dei tenetur in uinculis. Quo signo declarat, quod
quamuis nunc ejciantur ex sua terra, tamen terram eis
certissime restituendam esse, id quod ipse se certo scire
ostendit. Quia in summa rerum desperatione emit a-
grum, quem nouit ad suam posteritatem redditum, Non
ergo dubitent uerbum DEI de promisso reditu esse ue-
rissimum. Et ut hae persuadeat, uult confirmatam han*c*
emptionem, quemadmodum iure secundum Leges fie-
ri solet, Numeratur argentum, adhibentur testes & si-
gnatae literae cum stipulatione consueta, Deinde iubens
tur istae literae reponi in uase fictili, in conspectu omni-
um illorum qui adsunt, ut possint conseruari in loco ab-
scondito, Ut hoc signo, quemadmodum dixi, confirme-
tur fides uel abducendorum uel abductorum, quod re-
uertentur, ut glorificetur uerbum & promissio Dei, ubi
post reditum relectae fuerint istae literae, & redditus fue-
rit ager posteritati Prophetae.

CAPVT XXXII.
OCVLIEIVS.

Quod factum est in
Reblatha, ut habet historia, iij. Reg. xxv. ubi effodeban-
tur eius oculi, postquam uiderat Regem Babylonis. Et
ita cœcus abductus est in Babylonem usq; ad uisitatio-
nem Dei, id est, mortem. Quo prædicitur ei miserum &
perpetuum eius exilium.

E M E. scilicet secundum Legem. Leuit. xxv.
Stipulationes hic uides. Vendis? Vendo. Emis? Emo.
Vis omnia hic tractata habere rata & grata? Volo etc.

Q VI facis misericordiam. Ex primo præ-
cepto dicit Exod. xx.

S V P E R T E C T A. Secundum morem
terræ Palestine, ubi deambulatur super tecta domorum,
ut & in historia de adulterio Dauidis legitur.

M A N E. Id est, diligenter, quasi a primo
mane per totum diem uel perpetuo. De qua phrasí alibi
dictum est, Mane consurgens etc.

G E H I N N O M. supra capite vij.

*Euangelium
& regnum
CHRISTI*

ECCE EGO CONGREGABO.
Rursum promissio Gratiae, Primum quod reducentur,
deinde quod Regnum Messiae ueniet, ut superiori capi-
te diximus, & capit. xxij. Et dabo, inquit, eis cor unum
& uiam unam, ut timeant Me, id est, religiose colant, Ti-
morum enim Domini in scripturis est cultus DEI, fides &
uita secundum uerbum DEI. Hoc est. Ut omnes adhæ-
reant promissioni Euangelicæ una fide, & colant siue ad-
dorent Patrem in Spíitu, id est, fide, & ueritate, id est,
uerbo DEI. Extra hanc unam CHRISTi fidem & extra
hanc

IEREMIAE.

CCCLXXIII.

hanc ueritatem uerbi DEI, omnes cultus et adorationes apud Turcas, Iudæos, Papistas etc, sunt Hypocrisis, Ido latria & Satanæ mendacium. Homines non habent hoc unum cor, & hanc unam uiam, sed Deus hic promittit in nouo Testamento se daturum, hoc donum est Spiritus sanctus, Psalmo. lxxxvi. sic oratur. Contine cor meum in uno, ut timeat nomen tuum, Deutero. v. dicit Deus. Quis det eis talem eos habere mentem, ut timeant Me, & custodiant uniuersa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis & filiis eorum in sempiternum? Hic in Ieremias per nouum Testamentum respondet Deus sibi ipsi promittens, Ego dabo eis cor unum, deinde & uiam uiam, ut non ultra discerpantur et distrahantur uarijs doctrinæ & cultibus ex mendacio humano effectis, Hebr. xij. In sincero uerbo est unitas illis, qui Spiritu credunt uerbo, Extra hoc nihil aliud esse potest quam uarietas, discordia, conscientiarum incertitudo, nulla pax, nulla charitas, lege supra, capit. xxij.

FIDELITER TOTO CORDE.

quasi homo loquitur nobis Deus Euangeli⁹ promissio nem humanis uerbis, ut saepe in scripturis.

CAPVT XXXIII.



T factum est uerbum Domini ad Ieremiam secundo, cum adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens. Haec dicit Dominus, qui hoc facit, efficit & perficit, Dominus est nomen eius. Clama ad me, & Ego respondebo

FFFff ij

CAPVT XXXIII.

Spondebo tibi, & annunciaro tibi grandia & potentia quae tu nescis. Quia hec dicit Dominus Deus Israel de domibus Ciuitatis huius, & de domibus Regum Iuda, quae destructae sunt ut inde fierint munitiones ad resistendum, & de ijs qui ingressi sunt ut dimicent contra Chaldeos, quod impelbunt eas cadaveribus hominum, quos interficiam in ira & furore meo, Abscondi enim faciem meam a ciuitate hac propter omnem maliciam eorum.

Ecce Ego restituam & sanabo eos, & aperi-
am eis Precationem Pacis & Veritatis, Vertam
enim captiuitatem Iuda & captiuitatem Israel, &
aedificabo eos sicut a principio. Et emundabo eos
ab omni iniuitate sua, qua peccauerunt Mihi; &
propicius ero cunctis iniuitatibus eorum quibus
deliquerunt contra me & transgressi sunt. Et erit
Mihi hoc iucundum nomen, laus & gloria, apud
omnes Gentes terrae, cum audierint omnia bona,
que Ego facio istis. Et mirabuntur territi, propter
omnia bona & propter uniuersam pacem, quam
Ego dabo istis.

Hec dicit Dominus. Adhuc in loco hoc,
quem uos dicitis esse desertum, quando neque ho-
mines neque iumenta sunt in ciuitatibus Iuda & in
plateis Ierusalē, ita desolatis ut neque homines neque
habitatores,

IEREMIAE: CCCLXXV.

habitatores, neq; iumenta hic remaneant, audie-
tur uox gaudi& uox læticiae, uox sponsi & uox
sponsæ, uox dicentium, Gratias agite Domino
Zebaoth, quod benignus est & misericordia eius
perseuerat in æternum, & uox portantium uota
in domum Domini. Ego enim uertam captiuita-
rem terræ, ut a principio, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus Zebaoth, In hoc loco,
ita ualstat, ut neq; homines neq; iumenta reman-
serint, & in omnibus ciuitatibus eius, erunt rur-
sum habitacula Pastorum, qui pascent Greges &
in ciuitatibus montanis & in ciuitatibus campestri-
bus & in ciuitatibus australibus, in terra Benja-
min & circum Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda.
Adhuc numerati Greges egredientur & ingredi-
entur, dicit Dominus.

Ecce, dies ueniunt, dicit Dominus, Et susci-
tabo Verbum Gratiae, quod promisi domui Iu-
da & domui Israel, In diebus illis & eodem tem-
pore germinare faciam Dauidi Germenlustum.
Et erit Rex qui prospere reget, & faciet Ius & Iu-
sticiam super terram, In diebus illis saluabitur Iu-
da, & Israel secure habitabit. Et hoc erit nomen
eius quo uocabitur, DOMINVS, IVSTICIA
NOSTRA. Quia hec dicit Dominus, Nunquam
FFff ij deerit

CAPVT XXXIII.

deerit uir de Dauid , qui sedeat super thronum
domus Israel. Et de Sacerdotibus & de Leuitis
non deerit uir qui stet coram facie mea, & offerat
holocaustum, & incendat sacrificium, & cedat ui-
timam omnibus diebus.

Et factum est uerbum Domini ad Ieremi-
am dicens. Hæc dicit Dominus, Quando cessabit
pactū meū cum die & nocte, ut non sit dies aut
nox tempore suo, tunc etiam cessabit Pactum me-
um cum seruo meo Dauid, ut non habeat filium
Regem in thrōno suo, & cum Leuitis & Sacerdo-
tibus Ministris meis, Quemadmodum numerari
non potest exercitus cœlorum, nec mensurari are-
na maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei,
& Leuitas qui ministrent Mihi.

Et factum est uerbum Domini ad Ieremi-
am dicens, An nō uidisti quid hic populus loqua-
tur , dicens. Dominus abiecit duas cognationes,
quas elegerat? Et populo Meo derogant, quasi
posthac non sit populus coram eis, Hæc dicit Do-
minus. Si non seruauero pactum meū cum die
& nocte, neq; ordinationes cœli & terræ, abiijcam
etiam Semen Iacob & Dauid serui mei, ut non as-
sumam de semine eius qui dominantur super se-
men Abrahæ, Isaac & Iacob, Vertam enim capti-
uitatem eorum, & miserebor eis.

Rursum

IEREMIAE. CCCLXXVI.

Rursum promittit Deus liberationem & redditum
ex captiuitate. Et addit, quod post redditum, ut maxime poss^t captiuita
non Reges, tamen Principes & Rectores habituri sint na, & Regnū
ex stirpe Daudis, & ex Leui & Aaron, Leuitas & Sa- CHRISTI.
cerdotes, secundum promissionem & institutionem, de-
inde & secundum Legem Dei. Quo iubet, ut bene spe-
rent, populum non solum ad illam terram, sed etiam ad
Deum reducendum, ut sit sancta Politia, & syncerus, ue-
rusq; DEI cultus. In CHristo autem postea coepit est
Regnum æternum, qui est Semen Daudis, & Leuitæ
& Sacerdotes Legis transferunt et mutati sunt, non car-
nis propagatione nec Legis mandato, sed institutione
Dei & Christi, Regis & Sacerdotis æterni, in Aposto-
los & Doctores Euangelij sacri, atq; adeo, quotquot per
fidem sunt incorporati CHristo Regi & æterno non le-
gali Sacerdoti, sunt per eum & propter eum Regale Sas-
cerdotium & Sacerdotale Regnum. Pet. ij. Itaq; illa
temporalia primum hic, deinde & æterna in CHristo
æterno Rege & Sacerdote, promittuntur, atq; hæc om-
nia futura post Babylonicam captiuitatem, ut et ante sa-
pe dictum est.

Quod ad illius temporis historiam attinet, postea
Sacerdotes ueros secundum Legem habebant, Nam te-
statur Eldræ historia, quosdam a Sacerdotio reiectos,
qui suam progeniem probare non potuerint, Et Princis-
pes habuerunt ex stirpe Daudis, usq; ad Machabæos,
qui ex tribu sacerdotali præfuerunt populo. Ultimus
dux ex stirpe Daudis fuit Iohannes Hircanus, quem
Lucas capit, iij. Ianna uocat, qui fuit atauus siue tritauus
Ioseph & Mariæ matris CHRISTI, Post quem Iohanna si-
ue Ianna cooperunt Machabæi serè. Cxxx. annis ante
FFFff iiii Herodem

CAPVT XXXIII.

Herodem Regem, qui erat Idumæus, cuius Regni anno
xxx, natus est CHRISTUS. Ita necesse erat principatum a
posteritate reliqua DAuidis auferri appropinquante
CHRISTO, secundum Prophetiam Iacob. Non auferetur
sceptrum de Iuda etc, lege librum Lutheri, Contra mensa-
dacia Iudæorum. Nec potuit principatus manere apud
Sacerdotes, sed temporalis Principatus mutatus est in
Spiritualē & æternū, & transiit ad Christum poste-
ritatem DAuidis, æternū & Regem et Sacerdotem.

ECCE EGO RESTITVAM.

Mani-
festa promissio remissionis peccatorum, quod est Euangeli-
um de Christo, quemadmodum infra dicit. Germi-
nare faciat DAuidi, Germen iustum etc, Et simul promi-
tit prosperitatem & pacem, post captiuitatem Babylonie-
cam, maxime tamen, pacem conscientiarum per CHRISTU-
M. Lege hæc superiori capite, & supra cap. xxij.

SICVT A PRINCIPIO.

Non solum
Sicut a prin- intelligendum est, *Sicut a principio* uidelicet Regni,
cipio. quando expulsis Cananæis ædificauit uos in hac terra,
Sed etiam uel maxime. Sicut a principio, id est, Sicut
tunc cum primum patres uestros ABRAHAM, ISAAC & IA-
COB suscipiebam MIHI in populum, qui erant Regnum
Meum, populus Meus, IUSTI, filii DEI, sine terreno Re-
gno, sine terra Canaan, atq[ue] adeo, ABRAHAM iustus erat
in preputio sine circumcisione filius DEI, quemadmo-
dum scriptum est de incircumcisio ABRAHAM. Credidit
ABRAHAM DEO, & imputatum est ei ad iusticiam. Hæc
non sapiunt auaris & superbis Iudæis, quia uident ad es-
am iusticiam, etiam posse peruenire Gentes. Certe AB-
RAHAM cum placuit Deo per fidem, non fuit circumci-
sus Iudæus, sed incircumcisus Gentilis, Ergo ABRAHAM
etiam

IEREMIAE: CCCLXXVII.

etiam est Pater noster omniū & Iudæorum & Gentium
credentium ut Abraham credidit, Rom. iiiij.

ET ERIT MIHI. Vides quam gaudeat Deus potius esse Pater noster per Euangelium, quam Iudex per Legem, & quod his uerbis declarat nobis suam dilectionem, qua ipse dilexit & elegit nos in Christo ab æterno ante mundi constitutionem, Ephe. i. Quod de gregibus & pastoribus dicit, licet accipere de fœlicitate & abundantia uiictus post captiuitatem, quemadmo dum Christ⁹ promittit, Primum querite Regnum Dei, sed quia hic de nouo Testamento, & de regno Davidis dicit propriæ Pastores sunt Doctores, Greges sunt auditores & discipuli in Regno Christi. Hi sunt numerati Greges, Nouit enim Dominus suos, ut ait Paulus, Psalmo. i. Nouit Dominus viam iustorum, habet omnes in numerato, & scriptos in libro uitæ. Hi egredientur per charitatem confitentes, glorificantes, prædicantes Christum, adorantes, inuocantes, gratias agentes, ut & cæteri conuertantur ad CHRISTum, & seruientes alijs etc, Ibi uides & audis egressos, quos intus latentes cognoscere non poteras, CHRISTus dicit. In hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Et Matthæi. v. Luceat sic lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificant Patrem uestrum qui in coelis est. Ingredientur autem in ouile in Regnum Davidis, id est, CHRISTi per fidem, per quam sicut filij Dei, ut egredi possint, id est, bona opera facere quæ Deus præcepit, Sic & Christus dicit, Ioha. x. Per Me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur & pascua inueniet.

NVNQVAM DEERIT VIR. Prophætia
GGGgg

CAPVT XXXIII.

pietia de Principatu & Sacerdotio post Captiuitatem
Babyloniam, Sed obsecro te, quem Regem habuerunt
ex Dauide: Sunt ergo hæc proprie impleta in CHristo
Rege & Sacerdote æterno, ut superiore capite & antea
etiam dictum est. Qua promissione damnatur Regnū
& Sacerdotium decem tribuum, Regnum a Deo auer-
sum ad impietatem. Sacerdotium ab Ieroboam effectum.
Similiter damnatur & omnis tyrannis & cultus impius
etiam Iudeorum in Regno Iuda et omnium hominum,
Nam Ipse Deus. Principes dare uult & Sacerdotes, id
est, Doctores plebis in Regno CHristi (quos ante dixit
Pastores Gregum) secundum uerbum suum. Et addit
Deus suæ promissioni iuramentum. Quando cessabit
Pactum meum cum die etc, Itaq; in Regno CHristi ha-
bemus eterni Regni promissionem, Et Rex noster a re-
surrectione sua dicit, Data est mihi omnis potestas in coe-
lo & in terra, Et faciens Leuitas & Sacerdotes dicit, Ite
in mundum uniuersum, docete omnes Gentes, prædi-
cate Euangelium omni creaturæ, & Ecce, Ego uobis cu-
sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi,
Psalm. lxxij. Dominus dat uerbum & exercitum ma-
gnum Euangelistarum, Reges exercituum mutuo dili-
gent etc, Ephe. iiiij. Christus ascendit, dedit Ecclesiæ suæ
dona, Apostolos, Euangelistas, Prophetas, Doctores,
Pastores etc.

DVAS cognitiones, id est, Populum Isra-
el, & populum Iuda. Populo meo, inquit, derogant, id
est, Populum Dei contemptum faciunt, non solum apud
alios, sed etiam apud ipsum populum, quem suis blasphe-
mij inducunt ad infidelitatem & desperationem, ut sen-
tiant, Nihil est esse populum DEI, quod tamen coram
Deo nobis debet non esse nihil, sed maxime gloriosum,
quemadmo-

TEREMIAE.

CCCLXXVIII.

quemadmodum Paulus dicit, Roman. xiiiij. Siue uiuimus, siue morimur, Domini sumus, deinde etiam desperant sic, Nos post hac non erimus populus DEI in æternum, quia Deus abiecit nos, Contra hanc infidelitatem & desperationem consolatur hic Dominus sanctis promissionibus, & misericordiam promittit etc.

CAPVT XXXIIII.



OC est uerbum quod factum est ad Ieremiam a Domino, quando NebucadNezar Rex Babylonis, & omnis exercitus eius, omniasq; Regna terræ quæ erant sub potestate manuum eius, & omnes Populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes urbes eius, dicens. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade & loquere ad Zedekiam Regem Iuda & dic ad eum. Hec dicit Dominus, Ecce Ego tradam ciuitatem hanc in manus Regis Babylonis, & succendet eam igni, & tu non effugies manum eius, sed comprehensiōne capieris, & in manum eius traderis, Et oculi tui oculos Regis Babylonis uidebūt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis.

Audi quæso uerbum Domini Zedekia Rex Iuda, Hec dicit Dominus de te, Non morieris per gladium,

CAPVT XXXIII.

gladium, sed in pace morieris. Et sicut combustio-
nes factæ sunt super patres tuos Reges priores
qui fuerunt ante te, sic combustiones sient super
te, & plangent te, Ah Domine. Quia uerbum hoc
Ego locutus sum, dixit Dominus. Et locutus est
Ieremias ad Zedekiā Regem Iuda uniuersa uerba
hec in Ierusalem, quando iam exercitus Regis Ba-
bylonis pugnabat contra Ierusalem, & contra om-
nes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant, uidelicet con-
tra Lachis & Aseka, hæc enim supererant de ciuita-
tibus Iuda urbes munitæ.

Hoc est uerbum quod factum est ad Ieremi-
am a Domino, postquam Rex Zedekia percusse-
rat fœdus cum omni populo in Ierusalem, ad pre-
dicandum annum libertatis, ut dimitteret unus
quisq; seruum suum, et vnuſquisq; ancillam suam,
hebræum et hebraeam, liberos, ne Iudæus Iudeum
sibi subiectum retineret, Audierunt ergo omnes
Principes & uniuersus populus, qui ini'erant pa-
ctum, ut dimitteret unusquisq; seruum suum &
unusquisq; ancillam suam, liberos, ne retineret eos
sibi subiectos, & dimiserunt eos. Post uero con-
uersi, retraxerūt seruos suos & ancillas suas, quos
dimiserant liberos, & subiugauerunt sibi in famu-
los & famulas.

Factum est, inquam, tunc uerbum ad Iere-
miam

IEREMIAE. CCCLXXIX.

miam a Domino, dicens. Hec dicit Dominus Deus Israel, Ego percussi foedus cum patribus uestris, in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de domo seruitutis, dicens. Cum completi fuerint septem anni, dimittat unusquisque liberum fratrem suum hebraeum, qui se uendidit ipsi, & sex annis seruiuit. Sed patres uestrí non audierunt Me, nec inclinauerunt aurem suam, Vos hodie conuersi estis, & fecistis quod rectum est in oculis meis, ut predicaretis annum libertatis quisque proximo suo & iniustis pactum hoc in conspectu meo, in domo quæ uocatur nomine meo. Sed retrouersi estis, & contaminastis Nomen meum, & retraxistis unusquisque seruum suum & unusquisque ancillam suam, quos dimiseratis liberos, ut essent suæ potestatis, & subiugatis eos ut sint uobis serui & ancille.

Propterea hæc dicit Dominus, Vos non auditis Me, ut predicaretis annum libertatis, quisque fratri suo & proximo suo, Ecce, Ego prædico uobis annum libertatis ad gladium, ad pestem, ad famam, et non sinam uos permanere in ullis Regnis terræ. Et faciam uiros, qui transgressi foedus meum, uerba foederis, quod pepigerunt coram Me, non seruauerunt, sicut uitulum, quem diuiserunt in duas partes, & transferunt inter partes eius, uidelicet

G G Ggg iii Principes

CAPVT XXXIII:

Principes Iuda, Principes Ierusalem, Camerarios
Sacerdotes & totum populum terræ, qui transie-
runt inter partes uituli, Et dabo eos in manus ini-
micorum ipsorum, & illorum qui querunt ani-
mas ipsorum, ut sint cadauera ipsorum esca uolati-
bus sub cœlo & bestijs terræ.

Et Zedekiam Regem Iuda & Principes eius
dabo in manus inimicorum eorum qui quærunt
animas eorum, & in manus exercituum Regis Ba-
bylonis, qui nunc recesserunt a uobis. Ecce Ego
mandabo eis, dicit Dominus, & adducam rursum
eos ad hanc ciuitatem, & pugnabūt aduersus eam,
& expugnabunt, & succendent eam igni, Et ciui-
tates Iuda faciam solitudinem, ut nemo ibi habitet.

Pœnitentia
impiorum,

Redit ad maliciam & inobedientiam increpandam
propter quam perit tota terra, usq; ad xxxix. caput. Pri-
mum ergo pereundum dicit ciuitati & Regi Zedekiae,
postquam reliquæ ciuitates Iuda iam trastatae erant per
Babylonios, præter Lachis & Aseka munitas urbes, nisi
reuertantur ad Dominum, Videntur autem uelle post
hac obedire Deo, cum secundum legem Dei dimittunt
seruos & ancillas ex Hebræis, sed mox cupiditas & au-
ritia eos in seruitutem retrahit, Pactum inierunt coram
Deo territi obsidione, cum autem exercitus recedit a ciui-
tate, putant se omni periculo defunctos, & uiolant pactū
Dei, Itaq; illud pactum fuit tantum pœnitentia impiorum
de qua alias dictum est. Vbi enim non est fides siue Spiri-
tus Dei, ibi caro non facit aliter, Quicquid secundum le-
gem

gem tridetur facere simulatio est & coactio, Cupiditati
uero siue concupiscentiae seruit ex corde, Non potestis ait
Christus, Deo seruire & Mammonem, Voluerunt quidem
isto simulato Dei timore præsens euadere obsidionis peri-
culū, sed paulo post, ubi Chaldaei relicta obsidione occur-
runt Aegyptijs, ut infra dicitur ca. xxxvij, & in fine huius
capitis, quasi liberati, redeunt ad ingenium impietatis. Ita
sit quod uulgo iactatum est a pueris sub papistis. Daemon
languebat, monachus bonus esse uolebat. Sed dum con-
ualuit, mansit ut ante fuit. Hæc sunt notissima ex historia
Pharaonis, qui in plagiis dixit, Orate pro me Dominum,
Liberatus autem, Nescio, inquit, Dominum. Itaq; apud
tales simulata, non uera est poenitentia, Necesitatem pre-
sentem metuant non Deum.

OCVLI EIVS. Lege supra ca. xxxij.

NON morieris per gladium sed in pace, *sepultura regis*
id est, sine gladio. Et combureris &c. Sic uetus translator
habet, & fere omnes sic transferunt. Sentient enim pom-
pam regiam in funere exhibitam quibusdam mortuis re-
gibus, quod comburebatur corpus, & combusti corporis
ossa serubantur honorata sepultura, ut uidetur ij. Para.
xvi. De Assa rege Iuda. Hic autem honor ambitiosæ com-
bustionis negatus uidetur Ioram Regi Iuda ij. Para. xxi.
Sed hanc sententiam quasi historiam interprætes uiden-
tur accepisse ex uerbis non intellectis, quæ de uno & al-
tero Rege scripta sunt, & non de alijs. Non moror quod
quidam singunt & scribunt historiam, quasi rem factam,
ex uerbis non intellectis. Nam Iudæi corpora defunctos
non comburebant, sicut quædam Gentes fecerunt
nogo inferentes cadaver, sed sepelierunt integra non so-

G G G gg ijii luna

CAPVT XXXIII.

Ium honeste sed etiam cum pompa & magno sumptu.
Abraham sepelit integrum corpus suæ Saræ. Apud eam
postea & ipse Abraham fuit sepultus & alij Patriarchæ.
Christus ipse magno honore fuit sepultus & aromatibus
multis conditus. Si uis scire historiam non combustio-
nis sed ambitiosæ sepulturæ apud hebræos, audi nostrum
Iohannem, Euangelistam, Sicut, inquit, mos est Iudæis
sepelire, Iudæi non habent morem comburendi cadauera
hominum sed honeste & ambitiose sepieliendi. Hæc est
historia uera. Sicut ergo sepultos condiebant aromatibus
ita & ante sepulturam super cadauer Regis aut alicuius
diuitis, incendebant thura & alia odorata aromata, & fu-
migabant magna pompa & ingenti sumptu corpus mor-
tuum, ut late sentiretur odor bonus, ne quis propius acce-
dere ad cōrpus quasi ad fœtorem metueret. Incendebant
magnam copiam aromatum, quæ comburebant, super
corpus defuncti regis in uasis testaceis aut ferreis, nihil
nocentes corpori, non comburebant corpus. Hoc uoca-
tum est uulgo tunc apud Hebræos, comburere Regem
&c. Ita in historia legis de uno & altero Rege uerbis tunc
uulgo notis, quæ posteriores non ita intellexerunt, & fe-
cerunt nobis ex uerbis nō intellectis historiam, quæ nun-
quam facta est. Quod dixi, uides in historia Asa Regis
Iuda, & non aliud, ij. Para. xvi. Vbi sic dicitur. Sepelie-
runt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate
Dauid, posueruntq; eum super lectum suum, id est, super
locum ad hoc paratum in sepulchro, plenum aromatibus
& unguentis apotecarijs, & conbusserunt super eum am-
bitione nimia. Et de Ioram, legis. ij. Para. xxii. Et non fecit
ei populus secundum morem combustionis exequias, si-
cut fecerat maioribus eis, Non combulserat populus
Reges priores, sed combustio erat quam dixi. Ex quibus
erga

IEREMIAE. CCCLXXXI.

ergo nunc historijs facies nobis, combusta esse corpora Regum apud Hebræos.

Vt igitur sententiam latine apertis uerbis hoc loco exprimerem, quid enim peccamus, cum non ipsa uerba nobis obscura adnumeramus, sed sententiam latine dicimus apertis uerbis, & errores tollimus. Lutherum sequutus, sic feci. Et sicut combustiones factæ sunt super patres tuos Reges priores qui fuerūt ante te, sic combustiones sient super te. Videtur ergo Zedekia, utcumq; exul & cæcus, aliquamdiu uixisse apud Babylonios in pace, & est cum honore aliquo regio ibidem apud suos sepultus, secundum hanc prophetiam, Contra de Ioiakim supra c. xxij. prædictum est. Sepultura asini sepelietur &c.

Lex de seruo hebræo & de ancilla hebræa, qui se Lex de seruis uendiderunt, loquitur Exo. xxi. & Deut. xvi. Hac lege Hebræis. uoluit Deus consultum pauperibus Iudeis, cum se propter paupertatem uenderent aut filios suos, ne perpetuo manerent serui, Simul etiam uoluit admonere, quod omnes fuissent serui sub Pharaone, & liberati essent a Deo, quemadmodum uerba legis habent.

CVM COMPLETI fuerint septem anni. Hæc uerba obscurant uerba legis, quæ dicunt septimo anno dimittendum seruum. Sed Ieremias exponit hec cum dicit, Et sex annis seruit, quo significat se nihil aliud dicere quam quod lex dicit Cum completi fuerint septem anni, id est, in septimo anno &c.

EGO PRÆDICO SIVE proclamo uobis &c. quasi dicat uos non uultis dare seruis libertatem bonam, Ego dabo uobis libertatem malam. Dimittam uos liberos & abiiciam a me, ad gladium &c.

HHhh Sic ut

CAPVT XXXIII.

SICVT VITVLVM. Zedekias, in

confirmationem pacti de dimittendis seruis secundum legem, diuiserat uitulum in duas partes, & transierunt per medium partium uituli imolandii, forte imitati, quod legitur. Gen. xv. Vbi fumus & ignis transit per carnes divisas. Cum uero foedus hoc coram Domino in templo celebratum rumpunt, dicit Dominus, Faciam uos sicut ilium uitulum, id est, diuidam uos & occidam &c.

CAPVT XXXV.



OC est uerbum quod factum est ad Ieremiam a Domino, in diebus Ioiakim filij Iosia Regis Iuda, dicens, Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduc eos in domum Domini, in unam exedram & da eis uinum ad bibendum. Et assumpsi Iasania filium Ieremiæ filij Habazinia, cum fratribus & omnibus filijs eius, & totam domum Rechabitarum. Et introduxi eos in domum Domini, in exedram filiorum Haman filij legdalia uiri Dei, quæ est iuxta exedram Principum, super exedram Maseia filij Sallum custodis portæ.

Et proposui coram filijs domus Rechabitarum scyphos plenos uino & calices, & dixi eis, Bibite uinum, Qui responderunt, Non bibimus uinum, Quia pater noster Ionadab filius Rechab præcepit

I E R E M I A E:

CCCLXXXII.

præcepit nobis dicens, Non bibite uos & filij uestrorum uinum usq[ue] in sempiternum. Domum non ædificate, sementem non serite, vineas non plantare nec habete, Sed in tabernaculis habitate cunctis diebus uestris, ut uiuatis diebus multis super terram in qua uos peregrini estis,

Obedimus ergo uoci patris nostri Ionadab filij Rechab, in omnibus quæ præcepit nobis, ita ut nō bibamus uinum cunctis diebus nostris nos & mulieres nostræ, filij nostri & filiæ nostræ, & non ædificemus domos ad habitandum, & uineam & agrum & sementem non habemus, sed habitamus in tabernaculis, & obedientes sumus iuxta omnia quæ præcepit nobis pater noster Ionadab. Cum autem ascendisset NebucadNezar Rex Babylonis in terram nostram, diximus, Venite, & in grediamur Ierusalem, a facie exercitus Chaldæorum & a facie exercitus Syriæ, & mansimus in Ierusalem.

Et factum est uerbum Domini ad Ieremiam, dicens. Haec dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vade & dic uiris Iuda & habitatoribus Ierusalem, Nunquid non recipietis aliquando disciplinam, ut obediatis uerbis meis, dicit Dominus? Ratificata sunt uerba Ionadab filij Rechab, quæ præcepit filijs suis, ut non biberent uinum, & non HHHhh ij biberunt

CAPVT XXXV.

biberunt usq; ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui, Ego autem locutus sum ad uos mane surgens & loquens, & non obedistis Mihi, Misq; ad uos omnes seruos meos Prophetas, surgens diluculo, mittēs et dicens, Cōuertimini unusquisq; a uia sua pessima, & bona facite studia uestra, & nolite sequi Deos alienos necq; colite eos, & habitabitis in terra quam dedi uobis & patribus uestris, & non inclinastis aurem uestram, neq; audistis Me. Filij Ionadab filij Rechab ratificauerunt præceptum patris sui quod præceperat eis, hic autem populus non obedit Mihi.

Iccirco hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, Ecce Ego adducam super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem, uniuersam afflictionem quam locutus sum aduersus illos, eo quod locutus sum ad eos & non audierunt, uocauit eos & non responderunt Mihi.

Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias. Hec dicit Dominus Zebaoth Deus Israel. Pro eo quod obeditis præcepto patris uestri Ionadab, & custoditis omnia mandata eius, & facitis uniuersa quæ præcepit uobis, hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel, Non deerit uir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

Argumento

IEREMIAE.

CCCLXXXIII.

Argumento & Exemplo nunc confundit Deus in *Traflatus de*
obedientes & incredulos Iudæos, dicens. Inuenti sunt a*s* Rechabius.
Illi, uidelicet Rechabitæ, qui duram Legem patris ho-
minis cū suis uxoribus et liberis seruant, tantū prop̄ pa-
tris mandatū. Et meus populus tantis Prophetijs, pro-
missionibus, mandatis, comminationibus, beneficij
Dei & honoribus prouocatus, non obedit patri spirītu-
um D E O cœli & terræ, neq; nunc percussus, resipiscit,
neq; mouetur exemplo decem tribuum in Assyrios ab-
iectarum. Iccirco seruabo Mihi Rechabitas & posterita-
tem eorum, ut sint pij, ne pereant gladio, utcumq; iam
obsideantur in Ierusalem cum alijs. Sic infra cap. xxxix.
promittitur Aethiopi salus, quia habuit in D E O Israel
fiduciam, & Baruch Scribæ siue Notario Jeremiæ, capi.
xlv. Aduerte hīc quod promissio hæc Rechabitis facta,
de posteritate seruanda, habet conditionem Legis adie-
ctam. Pro eo, quod obeditis præcepto Ionadab etc. Qui
ex eis postea neq; Deum, neq; Ionadab nouerunt, ad eos
non pertinet promissio, quemadmodum & Salomoni
promissum est, si cum filijs seruaret Legem, alioqui etc.

Certum est hos Rechabitas piōs fuisse, id est, fides
Ies & credentes in Deum, alioqui Deus non commen-
daret eos propter solum præceptum secundę tabulae.
Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut diu uiuas su-
per terram. Nam oportet Primam tabulam præcedere,
& Deum homini præponi. Itaq; patri obediunt, sine du-
bio, propter Deum & Dei præceptum, in patre propter
uerbum DEI, Deum honorantes, Iccirco in tali obserua-
tione non constituunt salutem aut satisfactionem pro
peccatis aut meritum siue coronam singularem in cœlis,
id quod esset impium & contra primam Legis tabulam,

H H H hh. iii. ut iustis

CAPVT XXXV:

ut Iusticiarij apud nos faciunt sine mandato Dei, non ut Rechabitæ ex mandato Dei, qui præcepit obediendum esse parentibus. Et licet durius fuerit hoc Paternum mandatum, quam Lex requirit, atq; ideo potuissent ab illo absolui, tamen sua sponte in illo præcepto patris, propter patris reuerentiam, perdurant, quo interim nihil fit contra fidem, nihil contra DEI præcepta.

Credo non sine nutu & reuelatione DEI, patrem uoluisse filios hoc mandato onerare, filios uero, non dubium est, spiritu, id est, spontaneo corde talia obseruasse, quæ alioqui caro & sanguis iudicaret intolerabilia, Id quod Deus ita uoluit factum, non ut ipsi per talia quærerent salutem, quæ esset damnata Hypocrisis & abnegatio misericordiæ Dei in Christo promissa, sed ut ipse Deus in hisce hominibus haberet Exemplum paternæ obedientiæ, secundum Dei præceptum, quo postea per Ieremiam confunderet & damnaret inobedientes uero Dei Iudæos, ut hic uides.

Quemadmodum & Iohannes Baptista ad hoc solum uenit, ut testimonium perhiberet de lumine, id est, CHRISTO, & tamen interim durus erat ei uictus & amictus, quem non suscepit ut excogitatam aliquam religionem & regulam Monachalem, sed ut necessitatem a Deo impositam, Quia prophetatum erat de eo in Esaiâ, quod non solum futurus esset vox clamantis, quo perhiberet testimonium de lumine, sed etiam in deserto, ubi talis uictus & amictus praesto est, & non aliis, non ut per hæc Iohannes sanctus fieret aut iustificaretur, qui sanctus fuit ab utero matris spiritu Christi, sed ut Hypocriticus populus qui tales speciem miratur, ut summam sanctitatem, ita inuitaretur ad credendum, Iohannis testimonio, in quo nihil habebant quod reprehenderent, & simul

IEREMIAE. CCCLXXXIII.

& simul essent inexcusabiles, qui tanto uiro etiam apud ipsos probatissimo non credidissent, quemadmodum CHristus dicit, Venit Iohannes in uia pœnitentiae, non manducans neq; bibens, & dicunt. Doemonium habet etc. Hæc erat uita Iohannis propter solum testimonium de Christo, ad quod missus erat. Hanc uitam non obseruat ipse Christus, a quo tamen nulla sanctitas aliena else potuit, neq; Iohannes docet alios hanc uitam, aut ordinem & religionem ita uiuendi ex sua uita instituit, ut faciunt impij iusticiarj ex uita Sanctorum. Sed testimonium, propter quod missus erat, fideliter urget, uidelicet ut resipiscant ab errore & peccato, & credant in agnum DEI, qui tollit peccata mundi. Quam doctrinam Iohannis impij iusticiarj Papistæ & Monachi oderunt, damnant, persequuntur, præ iusticia CHRisti, iusticias suas, hoc est, immundicias & abominationes infidelitatis secuti, non secundum præceptum DEI, quod pro se habent Rechabitæ, sed secundum doctrinas Doemoniorum. 1. Timo. iiiij.

Sic & sancte Viduae Hanæ uita in Luca describitur, propter testimonium quod tulit de CHRISTO. Hæc non quærerbat iustificari ex sua uita, quæ iusta erat ex fide Christi, Nam ut Euangelista dicit, Erat Prophetissa & Spiritum Dei habebat etc. Sic & Simeon probatissimus & Spiritus Dei plenus producitur testis Christi, ut sint inexcusabiles Iudæi, qui talibus non crediderunt.

Talia exempla pro se rapiunt nostri Iusticiarj Monachi, quando non habent mandatum & uerbum DEI, quod solum requiritur, ne quid sine uocatione Dei temeris, ne, ut ipsi, spiritualem uitam falso uocemus et doceamus, quæ est sine Spiritu sancto DEI, contra secundum

HHHhh iiiij dym

CAPVT

XXXV.

dum præceptum. Quicquid enim non est ex fide, peccatum est, Roma. xiiij. Non est ex fide quod facis sine uerbo Dei, Quia fides est ex auditu, auditus autem per uerbum DEI, Roman. x. Atq; adeo etiam non potest esse ex fide etiam opus mandatum a Deo, quando tali opere quæris iustificari, id est, ut nostri seductores loquuntur, quæris indulgentias, merita & coronas in cœlis, uis satisfacere pro peccatis, uenidis, ut Monachi, bona opera tua et disciplinas benefactoribus, Nam hæc sunt summa impietas & abnegatio Christi. Quomodo hæc possunt fieri ex fide, quæ ex diametro pugnant cum fide siue fiducia in Deum? Fiducia enim in talia, non est fiducia in Deum, nisi impiissima blasphemia dicas talia opera humana & tales obseruationes esse Deum, quemadmodū phane nostri Iusticiarij ex talibus Deum faciunt. Sperant enim siue confidunt in obseruatib; & desperant in non obseruatib;. Quæ autem sit fiducia in Deum per IE-SVM Christum Deum & hominem, mediatorem DEI & hominum, ne nouerunt quidem, Nam mirantur quid nam nobis quasi insanis & Hereticis acciderit, quod tan topere fidem prædicamus & non potius sanctitatem Monachalem.

Ergo postquam non habent pro se uerbum DEI nec ulla quidem Exempla Sanctorum, in Scriptura, sancta probatorum, pro se habere possunt. Illi enim Sancti habuerunt uerbum Dei & uocati erant a DEO ad sua officia prædicationis & testimonij de Christo, Iohannes habuit Spíritum sanctum, Hanna habuit Spíritum sanctum, Simeon habuit Spíritum sanctum, ad hoc ut testimonium perhiberent de lumine Christo. Nullus eorum quæsivit per suas obseruationes iustificari coram Deo, quia hoc impium fuisset, quando iustificatio nostri soli

IEREMIAE.

CCCLXXXV.

Soli Christo debetur qui Deus est, & dicit in Esaiā. Gloriām meā alteri non dabo, nec laudem meā sculptiliis. Iohannes non querit per suam uitam iustificari, quia iustus est antequam natus, uidelicet per Christum, in utero matris, de quo postea fatetur, quod tollit peccata mundi, & dicit ad eum. Ego debeo a te Baptizari, & tu uenis ad me, Quod autem ita uiuit, mandatum est ei a Deo, quia prædictum erat a DEO, eum prædicaturum in deserto. Hanna non querit iustificari per suam uitam, nam iusta est per Christum, quem expectat, quem et postea prædicat in Templo & alibi, Prophetissa & Spiritu sancto plena.

Quid hæc opera talium Sanctorum ad nos tres Monachos & qui Simiae sunt Sanctorum & non Sancti, Et opera illa Sanctorum, non tam opera humana sunt, quam miracula & opera DEI in Sanctis, ad hoc, ut diximus, ut essent populo Iudeorum inculpati testes de CHristo, cuius Euangeliū & iusticiam isti nostri oderunt, & certe non sunt Iohannes Baptista, id est, ab utero matris, sancti & præcursorum CHristi, neq; sunt Hanna, id est, Prophetæ Spiritu DEI pleni & Christi natū manifestatores, neq; habent mandatum DEI ad sua, quæ par tim faciunt contra DEI mandata, omnia uero, ut dictum est, sine fide. Iohannes non instituit aut docet uiros suū ordinem uel obseruationem, ut siant Iohannitæ, quia ut hoc faceret non habebat mandatum, sed CHristum prædicat, & discipulos suos a se cogit ad Christum. Sic & Hanna non instituit aut docet mulieres suū ordinem uel obseruationem, quia ut hoc faceret, non habebat mandatum, sed CHRIstum puerum prædicat omnibus, Ad hoc enim erat electa a Deo, Nostri Monachi uellent Hannam descriptam esse uirginem, non uiduam, ut ex

III*i* hoc

CAPUT XXXV.

Noe Exemplo liceret eis clamare pro suis Monialibus,
quarum multæ non sunt uirgines. Veh tibi Sodoma,
quid tibi cum Sanctis?

At nostri Monachii ex hoc Ieremiæ loco libenter uel-
lent esse Rechabitæ, quando ab utero matris Sancti non
sunt ut Iohannes, neq; Prophetæ ut hanna, & in Recha-
bitis nulla miracula, ut ipsis uidetur, sed tantum obserua-
tiones humanæ apparent, quæ hic, ut aiunt commendan-
tur a Deo, Ridiculi sunt, non solum impij, qui præsum-
ptam suā religionem hoc exemplo statuere nituntur sine
uerbo Dei, quando neq; secundum corp^o neq; secundum
spiritum Rechabitæ esse possunt. Secundū corpus Rech-
abitæ non bībebant uīnum, Monachi bibunt uīnū, Rech-
abitæ habitabant in tentorijs & habitaculis translaticijs,
Monachi sibi ædificant palatia regia, Rechabitæ habebant
uxores & liberos, Monachi sunt cælibes, & si quid aliud
sunt ipsis uiderint, Rechabitæ uiuebant & honestum sibi
uictum quærabant ex labore manuum suarum cum uxori-
bus & familia, Monachi partim mendici, omnes men-
daces ex alieno uiuent &c. Secundum spiritum uero Re-
chabitæ pro se habent mandatum Dei, Honora patrem
& matrem, Monachi sua agunt sine uerbo Dei. Rechabitæ
quærunt uictum secundum mandatum Dei, Monachi
pro uictu mendacijs & falsa religione replent mundum,
& ideo excommunicantur ociosi & superstitionis hominibus
iam resipiscere nolentes, ij. Tels, ij. Rechabitæ ut uere
spirituales, id est, credentes & fiduciam in solum Deum
habentes, ex suis obseruationibus a patre mandatis non
quærunt iustificari coram Deo, Nam, ut uides, coram Ie-
remia non allegant meritum aut sanctitatem, quando talia
non seruant, aut damnationem coram Deo, quando talia
non seruant, sed tantum autoritatem patris, pater noster,
inquit,

Inquiunt nobis ita mandauit. Atq[ue] ita in præcepto secundæ tabulæ agentes, nihil præsumunt contra primam tabulam, in qua timor & fiducia & dilectio DEI, reuerentia & inuocatio nominis eius, & autoritas uerbis eius nobis præcipitur. Monachi uero neq[ue] in prima neq[ue] in secunda tabula agunt, sed legibus & traditionibus humanis onerati, seducti & seducentes, primam tabulam in ignorantia & infidelitate turpiter contemnunt & falsa docēt, dum suis adiumentib[us] et somnijs tribuunt satisfactio[n]em pro peccatis & iusticiam coram Deo, ita ut etiam sua & suarum abominabilium Missarum & castigationum merita nebulones audeant uendere alijs. Qando quæsto tales ad Euangelium peruenirent, qui ne nosse quidem possunt quid sit lex Dei, legibus & doctrinis dæmoniorum excæcati?

Sed aiunt, Noster pater est Franciscus, Dominicus, Benedictus, qui mandauit nobis filijs suis per suas regulas & statuta monachalia. Ergo obsequentibus nobis mandato patris nostri Deus benefacturus est & amabit nos &c. Respondeo, Deus nihil moratur quos sibi homines singant patres, Ipse mandat uenerari patres quos ipse facit patres, ut patres secundum carnem & patres secundum officium uel ministerium Dei, Paulus dicit, 1. Cor. 4ij. Nam si decem milia paedagogorum habeatis in Christo, tamen non multos patres, Nam in Christo Iesu per Euangelium ego uos genui, Et Galatarum quasi matrem se facit dicens, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in uobis Christus, Itaq[ue] parentes carnis nobis Deus commendat & fidei doctores & magistratum nomine patris. Quando autem condemnat eos, qui docent doctrinas & mandata hominum pro doctrina fidei, id est, Euangelio & pro mandatis Dei, Matth. xv, ex Esaiā,

CAPVT XXXV.

certum est illos traditores & traditionum autores nomine patrum a Deo non compræhendi, immo reprobari. maxime quia ordines, quos Paulus uocat inordinationes ij. Tels. iiiij. curiose agentes, ex alieno uiuere querunt, & ut alia taceam, ex suis obseruationibus iusticiam & merita querunt, alijsq; impudenter & blasphemè applicant & promittunt, quæ sunt doctrinæ non patrum, sed dæmoniorum. i. Timo. iiiij.

CVM AVTEM ASCENDISSET.

Diceret aliquis Rechabitis, Cur ergo nunc agitis in ciuitate Ierusalem & in domo? Respondent, Fugimus ex exercitu Babylonicum, alioqui non habitaremus hic, querimus in urbe munita ut tui simus, Necesitas est hæc, non est uiolatio paternæ obedientiæ.

STANS. Stare coram Domino uel in Conspectu Dei, in scriptura significat publico fungi officio uel magistratu in populo, ut erant Sacerdotes, Leuite, Prophetæ, Doctores, Príncipes, Iudices, hi meminerint, se stare, id est, suo officio fungi in conspectu Dei, quemadmodum Iosaphat Rex Iuda dixit præfectis & Iudicibus terræ suæ. Videte quid faciatis, Non hominum sed Dei iudicium exercetis &c.

CAPVT XXXVI.



N anno quarto Ioiakim filij Iosia Regis Iuda, factum est uerbum a Domino ad Ieremiam, dicens. Accipe librum, & scribe in eum omnes sermones, quos locutus sum ad te contra Israel, contra Iudeam

IEREMIAE.

CCCLXXXVII.

tra Iudam & contra omnes populos, ab eo tempore quando locutus sum tecum, uidelicet a tempore Iosie usq; ad diem hanc, ut forte domus Iuda, cum audierint omne malum quod eis facere cogito, conuertatur, quisq; a via sua mala, ut remittam eis iniquitates & peccata eorum.

Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neria, et Ipse Baruch scribebat in librum ex ore Ieremiae omnes sermones Domini, quos locutus ei fuerat, Et Ieremias praecepit Baruch, dicens, Domii teneor, non possum ingredi in domum Domini; Tu ergo ingredere, & legere librum, in quem sermones Domini ex ore meo scripsisti, coram populo in domo Domini, in die ieiunij, et lege eos in auribus totius Iuda, qui ex suis ciuitatibus huc uenient. Forte humiliabuntur precibus coram Me, & conuentur quisq; a via sua mala, Ira enim & furor magnus est, de quo Dominus contra hunc populum locutus est. Et Baruch filius Nerja fecit omnia quae ipsi Propheta Ieremias mandauerat, ut legeret sermones Domini ex libro in domo Domini.

Factum est autem in anno quinto Ioiakim filij Iosiae Regis Iuda, in mense nono, ut praedicas- rent ieiunium, in conspectu Domini, omni popu- lo in Ierusalem, & uniuersae multitudini, quae con-

III*iij* fluxerat

CAPVT XXVI.

fluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalē. Et legit Baruch ex libro sermones Ieremiæ, in domo Domini, in exedra Gemaria filij Saphan Cancellarij, in uestibulo superiori, ante portam nouam domus Domini, audiente omni populo.

Vbi uero Michaia filius Gemaria audisset omnes sermones Domini ex libro, descendit in domum Regis ad exedram Cancellarij. Et ecce ibi sedebant omnes Principes, Elisama Cancellarius, Delaia filius Semaia, Elnathan filius Achbor, Gemaria filius Saphan, & Zedekia filius Hanania, cū omnibus Principibus. Et Michaia annunciauit eis omnes sermones quos audierat quando Baruch legebat in auribus populi.

Tunc miserunt omnes Principes Iudi filium Nathania, filij Selemia, filij Chusi, ad Baruch, dientes ei. Librum ex quo legisti, audiente populo, sume in manus tuas, & ueni. Tulit ergo Baruch filius Neria librum in manu sua, & uenit ad eos. Et dixerunt ei. Sede & lege, ut audiamus. Et legit Baruch in auribus eorum. Igitur cum audissent omnes sermones obstupefacti quisq; erga alium, dixerunt ad Baruch. Nos omnes hosce sermones annunciabimus Regi. Et interrogauerunt Baruch, Dic nobis, quomodo scripsisti omnes hosce sermones ex ore eius, Baruch respondit eis, Dictabat

mibi

IEREMIAE. CCCLXXXVIII.

mihi omnes hosce sermones ex ore suo, & ego scri-
bebam atramento in librum.

Tunc dixerunt Principes ad Baruch, Vade,
& occultate uos tu & Ieremias, & nemo sciat ubi
sitis. Et ingressi sunt ad Regem in atrium, relin-
quentes librum seruatum in exedra Elisama Can-
cellarij, & nunciauerunt Regi omnes hosce sermo-
nes. Misit itaq; Rex Iudi ad ferendum librum, qui
accepit illum ex exedra Elisama. Et Iudi legit co-
ram Rege & coram omnibus principibus qui sta-
bant apud Regem, Rex autem sedebat in domo
Hiemali in mense nono ante caminum ignis.

Cumq; legisset Iudi tres pagellas uel quatu-
or, scidit eas scalpello scriptorio, & proiecit in ig-
nem camini, donec totus liber consumeretur ab
igne. Et non expauerunt, necq; sciderunt uestimenta
sua Rex & omnes serui eius, qui audierant om-
nes hosce sermones. Elnathan tamen, Delaia & Ge-
maria rogauerunt Regem, ne combureret librum
sed non audiuit eos. Præterea præcepit Rex Ie-
rahineel filio Hamelech, & Seraia filio Asriel, &
Selamia filio Abdeel, ut caperent Baruch notari-
um & Ieremiam Prophetam, sed Dominus ab-
sconderat eos.

Et factum est uerbum Domini ad Ieremi-

III. iii. iii. am Pro-

CAPVT XXXVI:

am Prophetam, postquam combusserat Rex Iuda
brum & sermones quos scripserat Baruch ex ore
Ieremie, dicens, Rursum tolle librum alium, et scri-
be in eum omnes sermones priores, qui erant in
primo libro, quem combusset Ioiakim Rex Iuda,
Et dic ad Ioiakim Regem Iuda, Hæc dicit Dominus.
Tu combussisti librum illum, dicens, Quare
scripsisti in eum, annuncians quod festinus ueniet
Rex Babylonis, & uastabit terram hanc, & cessare
faciet ex illa hominem & iumentum?

Propterea hæc dicit Dominus de Ioiakim
Rege Iuda, Nullus ex eo sedebit super solium Da-
uid. Et cadauer eius proiectur ad æstum per di-
em & ad gelu per noctem, Et uisitabo contra eum
& contra Semen eius & contra seruos eius iniui-
tates ipsorum. Et adducam super eos & super ha-
bitatores Ierusalem & super viros Iuda omne ma-
lum quod locutus sum eis & non audierunt.

Tunc accepit Ieremias librum alium, & des-
dit eum Baruch filio Neria notario, Is scripsit in
eum ex ore Ieremie omnes illos sermones qui fue-
runt in libro quem Ioiakim Rex Iuda combusse-
rat igni, & insuper additi sunt sermones multo plu-
res prioribus.

Tota

IE REMIAE, CCCLXXXIX.

Tota aula cum Rege, ut sit, impia est. Tamen ibi etiam suos habet Deus, qui contradicunt Regi, et consenserunt nolunt impietati. Comburitur liber Ieremiae ut Hereticum & seditiosum scriptum in ignominiam DEI, & queruntur ad mortem Ieremias & Baruch notarius uel Scriba eius. Sed ait, Quare Dominus uoluit librum mittere ad impios? Respondeo, ut non habeant excusationem, & ipsi proderent sese quam iuste postea perderentur. Quemadmodum & Christus uenit ad Iudeos. Venit & hodie Euangelium ad nos, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes, interim tamen suos electos habet, quibus consulit suo uerbo in salutem.

Impius Rex,
habet impios
ministros, dicit Salomon.

Sed uide prouidentiam DEI pro uerbi ministris Cura Dei pro contra impios, qui uolunt uerbum DEI & Prophetas electis extintos, Deus protegit & abscondit sub umbra alarum suarum Prophetas, ne inueniantur ubi queruntur ad necem, et uerbum non perit crematis libris, sed plures post ea sermones quam prius scribuntur, ita uolente DEO, & ferre fit, ut tyrannide permoti quidam desiderent scire, quidnam sit quod Reges tantopere oderunt cum suis Principibus. Hæc est historia nostri temporis. Et tyranni & Hæretici sua peruersitate synceritatem Euangelij nostri electis faciunt commendatam ita uolente DEO, quia non est consilium aduersus Dominum.

Hic est Ioiakim, de quo legis in principio, xxxijij. capit, quarto libro Regum, Vnde uides rursum historiæ ordinem non seruatum, id quod inde sine dubio uenit, quod Baruch post sermonum combustionem, rursum scripsit & collegit, & ex ore Ieremiae & ex sese, quemadmodum rursum uerba & gesta sese memoriae offerebant etc.

KKKkk Ieiunium

CAPVT

XXXVI.

*Ieiunium Hy-
pocritarum.*

Ieiunium hoc non fit institutione aliqua legis Dei; quia secundum legem, in anno tantum vnum diem ieiunij habebant, uidelicet diem Expiationis. Sed indictum uidetur ad placandum Deum, quia timebatur aduentus Regis Babylonici, & tamen interim non emendantur, comburunt uero sermones Dei. Quemadmodum Papa indicit Ieiunium, & facit processiones, sed AntiChristus cum suis Papistis ne tantillum quidem emendatur, ut suscipiat Euangeliū Christi, et poenitentiam agat de blasphemis & homicidiis suis. Ieiunium non prodest Hypocritis, quia non conuertuntur ad Dominum, ut suscipiant uerbum eius, ut Niniuitæ suscepereunt.

Ante portam nouam, supra capit. xxvi. Iudicetur multum autoritatis habuisse, quod eius progenies tam diligenter describitur, & postea coram Rege et Principibus, impietati regiae gratum facere uolens, audet comburere sanctum librum. etc.

*Cura Dei rur-
sum pro ele-
ctis.*

DOMINVS ABSCONDERAT. Hæc est prouidentia Dei erga suos confessores, ne quid sustineant, nisi ipso uolente. Sic de C HR Isto scribit Iohannes. Nondum uenerat hora eius. Et Angelus praescipit ipsum adhuc puerum abduci in Aegyptum, ne occidatur ab Herode. Fratres uolunt occidere Ioseph, sed Deus aliud uoluit, lege Psalmum, Qui habitat etc.

NVLL VS ex eo sedebit etc, Nam filius eius, ubi regnare coepisset, statim abdocitur in Babylonen. iiiij. Regum. xxiiij.

CADAVER EIVS, supra xxij. Sepulcra Asini sepelietur.

Et

IEREMIAE. CCCXC.

ET IN SVPER ADDITI. Tam
tum abest ut pereat uerbum DEI combustionē libro
rum.

CAPVT XXXVII.

HT regnauit Rex Zedekia filius
Iosiae, pro Iechania filio Ioakim.
Quia NebucadNezar Rex Baby
lonis fecerat eum Regem in terra
Iuda. Sed ipse & serui eius & po
pulus in terra nō obedierunt uer
bis Domini, quæ locutus est per Jeremiam Pro
phetam.

ET tamen Rex Zedekia misit Iuchal filium
Selemia, & Zephania filium Maseia Sacerdotem,
ad Prophetam Jeremiam, dicens, Ora pro nobis
Dominum Deum nostrum, Jeremias enim nunc
ingrediebatur & egrediebatur in medio populi,
& nemo coniecit eum in custodiam carceris. Por
ro exercitus Pharaonis egressus fuerat ex Ægy
pto, Et Caldæi qui obsidebant Ierusalem, ubi hoc
audierant, recesserant a Ierusalem.

Et factum est uerbum Domini ad Jeremias
Prophetam, dicens, Haec dicit Dominus De
us Israel, Sic dicite Regi Iuda qui misit uos ad me
interrogandum, Ecce exercitus Pharaonis, qui e

KKKkk ij gressus

CAPVT XXXVII

gressus est uobis in auxilium, reuertetur in terram suam Ægyptum, & redibunt huc Chaldæi, & belabunt contra ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam igni. Hæc dicit Dominus, Nolite decipere animas uestras, dicentes, Abibunt & recedent a nobis Caldæi, quia non abibunt, Sed, etiamsi percuteretis totum exercitum Chaldæorum, qui præliantur aduersum uos, & derelinquerentur aliqui vulnerati, tamen uel hi singuli de territorio suo consurgent, & incendent ciuitatem hanc igni.

Cum igitur recessisset exrcitus Chaldæorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, egressus est Ieremias de Ierusalem, ut iret in terram BenJamin ad curandū pro agro in populo, Cumq; peruenisset ad portam BenJamin, constitutus custos portæ ibi erat, nomine Ieria filius Seslemia, filij Hanania hic apprehēdit Ieremiam Prophetam dicens, Ad Chaldæos profugis. Et respondebat Ieremias, Falsum est, non fugio ad Caldæos. Et non audiuit eum, sed comprehendit Ieria Ieremiam, & adduxit eum ad principes. Quam obrem irati Principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem, qui erat in domo Ionathan scribæ, quem constituerunt præpositum super carcerem.

cerem. Itaqꝫ ingressus est Ieremias in foueam & carcerem, & mansit ibi diu.

Mittens autem Zedekia Rex, tulit eum, & interrogauit eum in domo sua absconde, et dixit. Est ne sermo hic a Domino? Et dixit Ieremias. Est. Et ait, In manus Regis Babylonis traderis. Et dixit Ieremias ad Regem Zedekiam. Quid peccavi tibi & seruis tuis & populot uo, quod miserunt me in carcerem? Vbi sunt Prophetæ uestri, qui prophetabant uobis & dicebant, Non ueniet Rex Babylonis super uos & super terram hanc? Nunc ergo audi obsecro Domine mi Rex, ualeat deprecatio mea in conspectu tuo, & ne me remittas in domum Ionathan scribæ, ne moriar ibi, Præcepit ergo Rex Zedekia, ut seruaretur Ieremias in atrio carceris, & daretur ei quotidie torta panis ex uico pistorum, donec deficeret omnis panis in ciuitate. Et mansit Ieremias in atrio carceris.

Zedekia Rex uidet Dominum esse cum Ieremia, Zedekia non nec tamen auertitur a sua impietate, tantum præsens cu- usqꝫ adeo ma pit euadere periculum, & confidit in Pharaone, id est, Ius aduersus brachio carnis, de quo & Esa. xxx, etc, Vnde fit, ut solus Ieremiam uita paulisper obsidione, insolentior & obstinatior sit pos alij pulsus, quasi omni periculo defunct⁹, et quasi mera mendacia sint quæ Ieremias nomine Domini prophetauit. Hic non dubium est, Hypocritas sacrificia & uota fecisse, & iactatam esse certam Pharaonis uictoriam Cut so K K Kkk. ij. lene

CAPUT XXXVII.

Sunt hostes uerbi DEI uana spe. sed confracto brachio
illo carnis ipsi pereunt, quod malum dum comminatur
eis Propheta, ipse coniçitur in carcерem. Siquidem iu-
dicabatur impie turbare talia gaudia, lege supra capite
xxxiiij.

IN TERRAM BENIAMIN, id est, in
suam ciuitatem Anathot ut uides capite primo.

NVNC ERGO. Vides humanum ti-
Prophecia tie met. morem sancti Prophetæ, Hic iudicat sibi vbiuis posse
melius esse uel in vinculis, quam apud Scribam. Sicut
hodie mitius agunt Principes, licet tyranni, contra Euau-
gelium, quam Pontifices AntiChristi & Scribae etc.

CAPUT XXXVIII.



VDIVIT autem Sephania fili-
us Mathan, & Gedalia filius Pas-
hur, & Iuchal filius Selemia, &
Pashur filius Malchia, sermones
quos Ieremias loquebatur ad om-
nem populum, dicens. Hæc dicit
Dominus. Quicunqz manserit in ciuitate hac mo-
rietur gladio, fame & peste, Qui autem egressus
fuerit ad Chaldæos, uiuet & anima eius erit ei qua-
si spolium. Hæc enim dicit Dominus. Hæc ciuitas
tradetur in manum exercitus Regis Babylonis, &
capiet eam.

Et dixerunt Principes Regi, Rogamus ut
occidatur

occidatur hic uir, Nam ipse ita auertit manus uiros, rum bellatorum qui adhuc reliqui sunt in hac ciuitate, similiter & omnem populum talibus uerbis quae eis loquitur, Nam hic uir non querit pacem huic populo, sed malum, Rex Zedekia dixit, Ecce, in manu uestra est, non potest Rex quicquam facere contra uos. Acceperunt ergo Ieremiam, & proiecerunt in lacum Malchia filij Hamelech, in atrio carceris, & demiserunt eum funibus in lacum, in quo non erat aqua sed lutum, & Ieremias foetebat in luto.

Vbi autem Ebed Melech Aethiops, qui erat Cubicularius in domo Regis, audiuit, quod Ieremias esset proiectus in lacum, & Rex federet in porta Benlamin, egressus est Ebed Melech ex domo Regis, & locutus est Regi, dicens. Domine mihi Rex, Male fecerunt uiri isti aduersus Ieremiam Prophetam, quod proiecerunt eum in lacum, ubi ei fame moriendum est, quia non est amplius panis in ciuitate.

Mandauit itaque Rex Ebed Melech Aethiopi, dicens. Accipe ex his tecum triginta uiros, & extrahe prophetam Ieremiam ex lacu, antequam mortiatur, Et Ebed Melech accepit secum uiros, & ingressus in domum Regis sub Cameram thesaurorum, accepit ibi ueteres pannos & attritas uestes,

KKKkk. iiii quæ-

CAPVT XXXVII.

quæ per funemdemisit ad Ieremiam, in lacum, Et dixit Ebed Melech Æthiops ad Ieremiam, hos scis sos, attritos & ueteres panniculos circumpone funi sub ascellis tuis. Et Ieremias fecit ita. Et exaserunt Ieremiam ex lacu funibus. Et mansit Ieremias in atrio carceris.

Et misit Rex Zedekia, & tulit Ieremiam Prophetam ad ostium tertium quod erat in domo Domini, Et dixit Rex ad Ieremiam, Interrogabo te quiddam, obsecro ne quid me cales. Ieremias dixit ad Zedekiam, Si quid dixerim tibi, occides me, Si dedero consilium, non audies me, ideoque iuravit Rex Zedekia Ieremias in occulto, dicens. Vbiuit Dominus qui fecit nobis hanc animam, non occidam te, neque tradam te in manus virorum illorum qui querunt animam tuam.

Et dixit Ieremias ad Zedekiam, Hæc dicit Dominus Deus ZebaOTH Deus Israel. Si egreditus fueris ad Principes Regis Babylonis, uiues, & hæc ciuitas non cremabitur, & uiues tu & dominus tua. Si autem nolueris egredi ad Principes Regis Babylonis, dabitur hæc ciuitas in manus Chaldaeorum, & succenderit eam igni, & tu non effugies manus eorum. Rex Zedekia dixit ad Ieremias. Metuo ne Iudæis tradar qui defecerunt ad Chaldaeos, ut mihi illudant.

Ieremias

IEREMIAE.

CCCXCIII.

Ieremias dixit, Non traderis, audi, queso te,
uocem Domini quam dico tibi, & bene erit tibi &
uiues. Si autem non exieris, Hoc est uerbum quod
indicauit mihi Dominus, ecce, Omnes mulieres
quæ adhuc reliquæ sunt in domo Regis Iuda, edu-
centur ad Principes Regis Babylonis, quæ tunc
dicent. Ah Consolatores tui persuaserunt tibi &
seduxerunt te & inuexerunt te in lutum & nunc de-
relinquunt te. Itaq; edacentur omnes mulieres tuq;
& filij tui ad Chaldaeos, & tu ipse non euades ma-
nus eorum, sed capieris a Rege Babylonis, & hæc
ciuitas succendetur igni.

Et Zedekia dixit ad Ieremiam. Cae ne quis-
quam sciat hos sermones, et non morieris. Si resci-
uerint Principes, quod tecum collocutus sum, &
uenerint dicentes. Dic quid collocutus sis cum Re-
ge, ne coelato nos, & non occidemus te, et quid lo-
cutus est Rex tecum? dicio, Rogauit Regem, ne
me iterum faceret induci in domum Ionathan ne
ibi moriar.

Tunc uenerunt omnes Principes ad Ieremi-
am, & interrogauerunt eum, Et ipse dixit eis, sicut
præceperat ei Rex, Et cessauerunt ab eo, quia ni-
hil ex eo potuerunt sciscitari. Mansit uero Ieremi-
as in atrio carceris, usq; ad diem qua capta est Ie-
rusalem.

LLLII Impij

CAPUT XXXVIII.

Conseruata

Impij quidem sunt illi principes & male tractant Iesu Ecclesia mira remiam, ut dicitur Ecclesiastici xlix, sed suspitione mala biliter. falso persuasi contra eum. Rex uero non uidetur adeo malus, tamen iniustus est, quia, ut pilatus, tradit innocentem iniquis, metu, ut uidetur, Maxime uero coram Deo non potest excusari Rex, quod quando Deum esse uidet cum Ieremias, tamen a sua impietate per Ieremias sermones non conuertitur ad Dominum &c. Hic tamen Deus habet uel Aethiopem qui curet pietatem, quo medio uititur Deus pro Ieremia seruando. De hoc Aethiope dicemus in fine capitulis sequentis.

Hæc est historia omnium temporum de conseruata Ecclesia. Vide historiam Danielis, qualibus medijs Deus seruet ipsam Ecclesiam Iudaicam, & addat etiam ei gentes & Reges, & quemadmodum seruet & euehat etiam ipsum Danielum. Sicut hodie seruat Ecclesiam non solum per amicos Principes, qui præstant hospicium Ecclesiae Christi in terris, Magnum thesaurum Regnum cœlorum habent in terris suis, Deus reddet eis mercedem &c. Sed et am per inimicos, per blasphemias, per crucem, per bellum & per omnia mala, que omnia cedunt nobis in bonum & ad conseruationem Ecclesiae sponsæ Christi, mirabilis & omnipotente Dei artificio & beneficio, quemadmodum dixit Pater Christo, Sede a dextris meis, Dominare in medio inimicorum tuorum, Sit Christo gratia, Amen.

QVASI SPOLIVM. Hoc ante quandoq; expositum est.

In porta iudi-
cium.

REX IN PORTA BENIAMIN. In portis illic solebant esse iudicia & conuentus populares, ut apud nos in foro, Ita in prouerbijis legis. Nobilis in portis uir eius, quando federit cum senatoribus terræ.

Porta

IEREMIAE:

CCCXCIII.

Porta autem Beniamin dicebatur, quod per eam in ter-
ram Beniamin ibatur, ut manifeste uides superiori ca-
pite.

OCCIDES ME. Hæc est trepidatio hu-
mana tanti Prophetæ, de qua ante satis admonuimus.
timet Propheta.

NON TRADERIS. Videlicet a Chal-
dæis in manus illorum Iudæorum, Rex impius me-
tuit opprobrium hominum, & propterea non suscipit pie.
uerbum DEI, Ioha, xij. dicitur, Multi crediderunt in IE-
sum, sed non audebant fateri, ne excommunicarentur.
Dilexerunt enim magis gloriam hominum quam Dei.

QVÆ MULIERES DICENT. Scili-
cet, te Regem esse deceptum, ut sequitur, quod confi-
sis tuis uiribus et auxilio Pharaonis, quod non credide-
ris uerbo DEI, sed tuis Consolatoribus falsis Prophetis
& alijs.

SICVT PRÆCEPERAT EI REX.

Disputatur hic & saepe alias in scripturis, num pecca-
rint Sancti mendacio, quando saepe leguntur aliud di-
xisse quam res haberet. Sed ut non sit uerum quod dicunt,
tamen condemnat scripture mendacium illud tantum
quod obest & facit peccare contra præcepta DEI, ut est
doctrina falsa, & quando tuis uerbis et fictione siue Hy-
pocrisi nocere cupis, Mendacium enim fit, non solum
uerbis, sed etiam signis & Hypocrisi uultus & gestuum,
quemadmodum Virgilius dicit. Spem vultu simulat,
premit altum corde dolorem, Et de Christo qui peccare
non potuit, scribit Lucas, Finxit se longius ire, Dauid
dixit Sacerdoti quod non erat uerum, non tamen cui-
quam per hoc nocere uoluit, Vbi nemini nocere vis, sed
potius prodere uel tibi uel alijs non contra DEI præ-

An omnem
daciūm sit con-
tra legem Dei

LLLII ij cœcum,

CAPVT XXXVIII.

ceptum, non contra fidem, non est prohibitum fingere aliud. Contra falsam autem doctrinam dictum est. Non assumes nomen Domini DEI tui in vanum. Non enim erit impunitus qui hoc fecerit. Contra uero alia mendacia dictum est quidem. Non falsum testimonium dices, sed additum est. Contra proximum tuum. Ieremias hic obedit Regi in bonum etc.

CAPVT XXXIX.



T factum est ut caperetur Ierusalem, In anno enim nono Zedekiae Regis Iuda, mense decimo, uenit NebucadNezar Rex Babylonis & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam. Undeциmo autem anno Zedekiae, die nona mensis quarti, irruptum est in ciuitatem. Et ingressi sunt omnes Principes Regis Babylonis, & erant in porta media, uidelicet Nergal SarEzer, Sanga Nebo Sar sechym supremus Cubicularius, Nergal Sar Ezer prefectus aulæ, & omnes alij Principes Regis Babylonis.

Cumq; uidisset eos Zedekia Rex Iuda & omnes uiri bellatores fugerunt, & egredi sunt nocte de ciuitate per viam ubi est hortus Regis, & per portam quæ erat inter duos muros, abeuntes per campum. Persecutus est autem eos exercitus Chal-

tus Chaldæorum, & compræhenderunt Zedekiā
am in campo Ierichuntis, & captum adduxerunt
ad NebucadNezar Regem Babylonis in Riblat
quæ est in terra Hemath, qui dixit sententiam con-
tra eum. Et occidit Rex Babylonis filios Zedekiæ
coram oculis eius in Riblath, & occidit omnes
Principes Iuda, Zedekiæ autem eruit oculos, et
uinxit eum catenis, ut duceret eum in Babylo-
nem.

Et Chaldæi domum Regis & domos ciui-
um combusserunt, & destruxerunt muros Ierusa-
lem, Reliquum autem in ciuitate populum, & per
fugas qui transfugerant ad ipsos, et reliquum uul-
gus quod remanserat, transtulit Nebusar Adan
Princeps exercitus simul omnes uiuctos in Baby-
lonem, De plebe uero pauperum qui penitus ni-
hil habebant, reliquit eodem tempore Nebusar-
Adan Princeps exercitus aliquos in terra Iuda,
dans eis uineas & pagos.

NebucadNesar autem Rex Babylonis man-
dauerat Nebusar Adan Principi exercitus de Iere-
mia, dicens. Suscipe illum & pone super eum ocu-
los tuos, nihilq; ei malifacias, sed ut uoluerit sic fa-
cias ei. Misericordia ergo Nebusar Adan Princeps
exercitus, & NebuSasban supremus Cubiculari-
us, Nergal SarEzer præfectus aulæ, & omnes
LLL. iii principes.

CAPVT XXXIX.

Principes Regis Babylonis, & tulerunt Ieremiam ex atrio carceris. Et commendauerunt Gedalia filio Ahikam filij Saphan, ut educeret ipsum dominum, Atque ita habitauit in populo.

Factum autem fuerat uerbum Domini ad Ieremiam, cum adhuc clausus esset in atrio carceris dicens. Vade & dic EbedMelech Aethiopi. Hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel. Ecce Ego adducam uerba mea contra ciuitatem hanc in maximum & non in bonum, id quod uidebis tunc, Te autem eruam in tempore illo, dicit Dominus, Non traderis in manus uirorum illorum quos tu nunc formidas, Quoniam certo eruam te, ne cadas per gladium, Sed rapies inde uitam tuam uelut spoliu, QVIA CONFISVS ES IN ME, dicit Dominus,

*Pij seruat in
media morte
& inferis.*

Impij oderunt & contemnunt uerbum Dei, donec ira Dei uenit super eos. Hic uerax tandem uidetur Deus, & suos, ut Ieremiam, & Aethiopem, & Baruch, & alios pios, quorum nomina non sunt scripta, seruat uel in medijs inferis, & in medio impiorum pereuntium, dictu est CHRISTO, Domnare in medio inimicorum tuorum. Siue inter amicos, siue inter inimicos, Deus sollicitus est pro nobis, ut pro Ieremia, atque adeo Ieremias melius habuit per Babylonios, qui satis uexatus et turbatus fuerat a suis Iudeis, quemadmodum nos uexamur a nostris pastis, quibus olim Deus reddet meritam mercedem, ubi compleuerint

compleuerint sua peccata, nū interīm resipiscant et con-
uertantur ad Euangēlium Christi, quod nūc oderunt
& persequuntur.

Promiserat quidem DEVS illam terram credentis-
bus, & dederat post quadragesimos annos promissio-
nis, ut uerax in promissis uideretur, sed comminatus e-
tiam fuerat se se abiectorum incredulos & contempto-
res, hic omnia amittunt, terram, Regnum, Sacerdotium,
Ciuitatem sanctam, Templum, cum omnibus illis Sacris
DEI & Arca Domini, quemadmodum diximus supra,
capit. xvij. At locus Sanctuarij nostri, Thronus Gloriae
DEI semper firmus permansit, quia tu Domine es Spes
Israel etc, ut discant in talibus non confidere, quemad-
modum ante clamauerunt, Templum Domini, Templū
Domini etc, capit. vij. Impij confidunt in Dei donis, riti-
bus & sacris a DEO institutis, ut non dicam nunc de fa-
bris & cultibus fictis apud Papistas, D E V M autem in
ipsius uerbo habere nolunt, ut uidisti per totum Ieremi-
am, Ergo pereunt cum suis Sacris, ex quibus fecerunt
Idolatriam, non cultum DEI, quia illis confisi sunt, con-
tra primum praeceptum etc, Qui gloriatur in Domino
glorietur primum, supra capit. ix, postea agnoscat dona
DEI & spiritualia cum gratiarum actione. i. Timot. iiiij.
quod est fidelium & eorum qui cognoverunt ueritatem,
Vide quæ dicta sunt, capit. iiij. De seruato semine regio
ex Dauid, etiam in captiuitate, diximus quoq; ante.

Quantum uero temporis effluxerit a condito mū-
do, a diluvio, ab exitu ex Aegypto, a condito Templo, Chronicom
usq; ad hanc concremationem Ciuitatis, Templi, & om-
nium illorum extenorum Sacrorum, lege in Iosepho. x
libro antiquitatum, capit. x. cuius uerba uides in Anno
LLLII iiii tationibus

CAPVT XXXIX.

tationibus meis in fine quarti libri Regum, Certiora autem habes in Supputationibus Lutheri, Supputationes uero Eusebij de his temporibus uanae sunt. Quia uero memini Annotationum mearum in libros Regum, lege in eodem loco, uidelicet in, xxiiij. Capit. Zedekias pro Ioachas, ut tollatur hoc erratum, Nam quod ibi sequitur de duobus Ioachimis, quorum posterior etiam Iechanias dicitur, facile emendabis. Siquidem apud Hebraeos non scribuntur iisdem literis. Pater enim Ioiakim dicitur, filius autem Ioiachin, quem Jeremias & Matthaeus Iechoniam uocant.

*Judicium Dei
effugere etc.*

FVGERVNT, Sed effugere non potuerunt, Siquidem eos iam compræhenderat DEI iudicium, quod hactenus contempserant, Neq; promissiones DEI, neq; comminationes aliquid potuerant apud eos efficere, Sicut nunc apud Papistas, qui oderunt & persequuntur EuangeliuM CHristi, & dicunt in corde suo, Non est Deus, Deus nihil est, Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs, non est qui faciat bonum, etiamsi clament ad rauim usq;, Bona opera, Bona opera etc, Hoc iudicium ueniet omnibus uerbi DEI contemtoribus, Psalmus, Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam, Item, Veniet mors super eos, & descendent in infernum uiuentes, Hebræ.x. Horrendū est incidere in manus DEI uiuentis.i. Tessa.v.dies Domini, sicut fur in nocte, ita ueniet, Cum enim dixerint, Pax & Securitas, tunc repentinus eis superueniet interritus, Lucæ, xiij. Stulte hac nocte morieris, uel repetent a te animam tuam, Beati serui, quos cum uenerit Dominus, inuenierit uigilantes etc.

HEMATH est Syria damasci, quæ & insignem

IEREMIAE.

CCCXCVII:

Signem urbem habet nomine Hemath, ut infra uides cap*t.* xlix.

Duo insignia exempla hic habes Ieremiae et Aethiopis, quemadmodum D E I prouidentia sollicita est pro Aethiops, ex alijs. Vide historiam de Ioseph Patriarcha, Et attendendum est diligenter atq*ue* imis animis reponendum, quod Aethiopi dicitur. Quia in Me habuisti fiduciam, dicit Dominus, Hec fiducia siue fides in Deum effecit, ut Aethiops charitate nō posset deesse Ieremiae in lacum projecto, ut superiori capite dictum est, Et uides secutum effectum promissionis diuine, secundum illud, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequantur. Hic Aethiops fidelis & credens, damnat omnes Iudeos incredulos, Ideo etiam seruatur a D E O, alijs pereuntibus.

QVOS TV FORMIDAS. Trepidant & Sancti in periculis, sed non deserunt suam uocacionem, neq*ue* deficiunt a deo propter trepidationem etc que diximus saepe de Ieremia.

CAPVT

XL.



OC est uerbum quod factum est a Domino ad Ieremiam, quando Nebusar Adan Princeps exercitus dimiserat eum in Rama,

Erat enim & ipse uinctus catenis, inter omnes illos qui in Ierusalem & in Iudea uicti erant, ut abducerentur in Babylonem, Cumq*ue* Princeps exercitus fecisset

M M M m m sibi ad

CAPVT XL.

sibi adduci Ieremiam, dixit ad eum, Dominus Deus tuus hoc malum locutus est contra hunc locum, & præstítit & fecit sicut locutus est. Quia peccatis contra Dominum, et non audistis uocem eius, ideo factum est hoc uobis.

Nunc ecce solui te a catenis, quibus tue manus ligate erant. Si placet tibi ut eas mecum in Babylonem, ueni, & ponam oculos meos super te, Si autem displicet tibi ire mecum in Babylonem, omite, Ecce omnis terra in conspectu tuo est, quod elegeris & quo placuerit tibi ut uadás illuc perge, Nam extra euntibus, non erit reuersio, Iccirco habbitare tibi licet apud Godoliam filium Ahikam filij Saphan, quem constituit Rex Babylonis super ciuitates Iuda, & manere apud eundem in populo, aut uade quo uolueris. Et princeps exercitus dedit ei cibaria et munera, et dimisit eum. Venit ergo Ieremias ad Godoliam filium Ahikam in Mizpa, et mansit apud eum in populo in terra residuo,

Cum autem audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones ipsi et socij eorum, quod præfecisset Rex Babylonis Godoliam filium Ahikam terræ, & quod commendasset ei uiros & mulieres & paruos & pauperes terre, qui non erant translati in Babylonem, uenerunt ad Godoliam in Mizpa, uidelicet Ismael filius Nethania,

TEREMIAE:

CCCXCVIII.

Nethania, Iohanan & Ionathan filij Kareah, &
Seraia filius Thanhumeth, & filij Ephah a Netho-
phath, & Jesania filius Maachati, cum uiris suis. Et
Godolia filius Ahikan filij Saphan iurauit eis &
uiris ipsorum, dicens, Nolite timere ut sitis subdi-
ti Chaldæis, Manete in terra, & subiecti estote Re-
gi Babylonis, & bene erit uobis. Ecce ego hic ha-
bito in Mizpa, ut seruam Chaldæis qui ueniunt
ad nos, Ideoq; uos colligite uindemiam, & ficus,
& oleum, & reponite in uasis uestris, & habitate in
ciuitatibus uestris quas accepistis.

Præterea & omnes Iudæi, qui erant in Mo-
ab, & in finib; Ammon, & in Idumæa, & in om-
nibus regionibus, cum audissent q; Rex Babylo-
nis reliquisset aliquos in Iuda, & q; præposuisset
super eos Godoliam filium Ahikam filij Saphan,
reuersi sunt ex omni loco, quo profugerant, et ue-
nerunt in terram Iuda ad Godoliam in Mizpa, &
collegerunt uinum & fructuum messem multam
nimis.

Sed Iohanan filius Kareah, & omnes Prin-
cipes exercitus, qui dispergi fuerant in regionibus,
uenerunt ad Godoliam in Mizpa, & dixerunt ei.
An non scis, quod Baelim Rex filiorum Ammon
misit Ismael filium Nethania, ut percutiat animam
tuam? Hoc nō credidit eis Godolia filius Ahikam.

MM Mmm ij Et dixit

CAPVT XL:

Et dixit Iohanan filius Kareah secreto ad Gedalia
am in Mizpa. Vadam, & percutiam Ismael filium
Nethania, ut nemo resuscitat, ne interficiat animam
tuam, & dissipentur omnes Iudei qui congregati
sunt ad te, & pereant qui ex Iuda reliqui sunt. Sed
Gedalia filius Ahikam dixit ad Iohanan filium Ka
reah, Nequaquam hoc facias, Falsum est quod lo
queris de Ismael.

De iustiūdicio In his duobus capitibus, usq[ue] delicit quadragesimo et
um, non casus quadragesimoprimo, deinde & in tribus sequentibus, ut
fortuitus. des quam palam faciat Deus, quod vastatio Iudeorum
non est fortuita, quemadmodum impijs uidetur, sed pos
tius est iudicium DEI, quod Deus ipse comminatus est
transgressoribus & uerbi sui contemptoribus. Siquis
dem Rex Babylonis relinquit pauperes in terra, quibus
preficit Gedaliā, & reuertuntur nobiles uiri cum alijs,
qui aufugerant. Iam nullum erat eis amplius periculum,
licebat rursum constituere Republicas, colere agros, si
eri ditissimos etc, modo tantum agerent sub tributo &
imperio Regis Babylonis, Sed Ismael, qui est de semine
regio, malo actus spiritu, non sustinet, quod Godalias si
ue Gedalia praefectus est populo, et hanc securitatem re
sidui populi perturbat occiso Gedaliā etc, Quia Popu
lus residuus manet in sua impietate, licet aliud interim
simulet, capit. xlij. ut uides, capit. xlviij. & xliij. & perire
debet secundum uerbum Domini, Ideo qui iam ante no
potuerunt sustinere gladium & famem, hic ne seipso
quidem sustinent, Non potest euadere iudicium D EI
manifestus contemptor, Nam ut sit ab alijs tutus, ramen
uel a

vel a seipso tutus esse non potest. Quo ergo miser es fugiet? Ita sit ihs qui Deum blasphemant, & nolunt eum habere protectorem qui pater mauiit else quam Iudex, qui nunquam deseruit sperantes in se utcumq; peccatores, Id quod omnes Prophetæ clamant, & promissiones DEI & experientia docent.

HOC EST VERBUM. Quando hic nullum uerbum Prophetæ sequitur, quo spectat hæc præfatio sive hic titulus. Hoc est uerbum quod factum est etc. Respondeo ad omnia, quæ Ieremias, postquam dimissus est liber, locutus est suis Iudæis, quæ uides, cap. xlij. xliv. xlviij. etc, quasi dicat. Quæ hactenus dicta sunt, fuerunt uerbum Domini ante ualstationem Hierosolymorum. Quæ autem nunc sequuntur, sunt uerbum Domini, quod locutus est Ieremias suis Iudæis post ualstationem, quemadmodum ipse dicit, Postquam dimiserat eum etc. Et statim subdit historiam quomodo sit ipse dimissus a Principe exercitus Regis Babylonis. Erat enim, inquit, & ipse uinctus etc, In qua re Iudæi in terra reliqui majori iudicio DEI fiunt obnoxij, quod ne experti quidem ueritatem uerbi Ieremias, id est, ualstationem, quemadmodum Ieremias prædixerat, credunt uerbo Dei, sed oderunt & blasphemant, ut audies, quæ est blasphemia in Spiritum sanctum, peccatum non humanum sed plane Diabolicum, De quo forte postea dicam singulari tractatu.

DOMINVS DEVVS TVVS etc. Sic loquitur hic Princeps gentilis de Deo & ueritate uerbi DEI, quemadmodum & in Genesi & alibi legis quosdam Gentiles locutos. Nam reliquæ doctrinæ fidei adhuc erant ex patribus apud illas Gentes. Non blasphemavit hic

*Gentilis viri
pia confessio.*

MMm m m iii mat hic

CAPVT XL;
mat hic Princeps, ut ille Rabsake Assyriorum, Esaiæ
xxxvi, sed glorificat Deum Israel, ut uides.

BAELIM REX. Hæc uera sunt, sed Go-
dolias non credit, ut compleat Deus uerbum suum, ne
glorientur postea impij, non omnia esse uera quæ Iere-
mias nomine D E I, de deserta terra, prædixerat. Quia
impij (ne afflicti quidem) non possunt gloriam dare
DEO.

CAPVT XLI.

IN septimo autem mense uenit Is-
mael filius Nathania filij Elisama,
ex semine regio, et Optimates Re-
gis, & decem uiri cum eo, ad Ge-
daliam filium Ahikam in Mizpa,
& comedenterunt ibi simul in Miz-
pa. Surrexit autem Ismael filius Nathania & de-
cem uiri qui cum eo erant, & percusserunt Gedal-
ia filium Ahikam filij Saphan gladio, et interfec-
runt eum, propterea quod eum præfecerat terræ
Rex Babylonis. Omnes quoq; Iudæos, qui erant
cum Gedalia in Mizpa, & Chaldaeos qui reperti
sunt ibi, & omnes uiros bellatores percussit Isma-
el.

Altera die, postquam percussus est Gedal-
ia, nullo adhuc sciente, uenerunt uiri octoginta ex
Sichem,

IEREMIAE.

CCCC.

Sichem, ex Silo. & ex Samaria, rasi barbis, et scissis
uestibus lacerati, & attulerunt in manu sacrificia
& thus, ut adducerent in domum Domini. Et e-
gressus Ismael filius Nathania, ex Mizpa in occur-
sum eis, ibat flens. Cum autem uenisset ad eos, dix-
it eis, Venire debetis ad Gedalia filium Ahikam.
Qui cum tuerissent ad medium ciuitatis, interfecit
eos Ismael filius Nathania & uiri qui cum ipso
erant, iuxta lacum. Decem autem uiri reperti sunt
inter eos, qui dixerunt ad Ismael, Ne, quæso, inter-
ficias nos, quia habemus thesauros in agro abscon-
ditos frumenti & hordei, & olei & mellis. Et ces-
sauit ne interficeret eos cum fratribus ipsorum oc-
cisis.

Lacus autem, in quem Ismael coniecit cada-
uera occisorum cum Gedalia, est ille quem Rex As-
sa fecit contra Baosa Regem Israel, illum repleuit
Ismael filius Nathania occisis. Et captiuas duxit Is-
mael omnes reliquias populi quæ erant in Mizpa,
& filias Regis captiuas duxit Ismael filius Netha-
nia, cum omni reliquo in Mizpa populo, quibus
præfecerat Nebusar Adan Princeps exercitus Ge-
dalia filium Ahikam, & abiit ut transiret ad filios
Ammon.

Vbi autem Iohanan filius Kareah audiuit, &
omnes principes exercitus qui erant cum eo, om-
MMm m. iiiij. nemag.

CAPVT XLI:

ne malum quod Ismael filius Nethania fecerat, aſſumptis uniuersis uiris profecti sunt ad prelian-
dum contra Ismael filium Nethania, et inuenierunt
eum ad aquas multas quæ sunt iuxta Gibeon, Vi-
dens autem omnis populus, qui erat apud Ismael
Iohanan filium Kareah & omnes Principes exer-
citus qui cum ipso erant, gauſiſ sunt. Et omnis
Populus, quem Ismael abdxuerat a Mizpa, uersus
reuertebatur ad Iohanan filium Kareah. Ismael
autem filius Nethania fugit cum octo uiris a facie
Iohanan, & abiit ad filios Ammon.

Et Iohanan filius Kareah, cum omnibus prin-
cipibus exercitus qui eaant apud eum, acceperunt
omnem reliquum populum, quem reduxerant ab
Ismael filio Nethania, ad se ex Mizpa, postquam
occisus erat Gedalia filius Ahikam, uidelicet om-
nes uiros bellatores, mulieres & paruulos & Cu-
biculares, quos reduxerant ex Gibeon, Et abeun-
tes diuerterunt ad Kimham, qui habitabat prope
Bethlehem, ut irent in Aegyptum a facie Chaldeo-
rum, quos timebant, quia Ismael filius Nethania
occiderat Gedalia filium Ahikam, quem Rex Ba-
bylonis terræ præfecerat.

Sacrificia im-
piorum.

IN DOMO DOMINI. Id est, in lo-
co sancto in Ierusalem, licet iam uastato, Quod autem ue-
niunt

IEREMIAE,

CCCCI.

nunt rasi barbis etc. Signa luctus (ut illic fiebat) ostendunt, & Deum muneribus & Sacrificijs (sicut nostri suis processionibus & ieunijis) placare uolunt, ne funditus pereant. Sed quid prosunt Sacrificia illorum, qui Dei uerbum contemnunt? Salomon in Proverbijs. Victimæ & Sacrificia impiorum sunt Deo abominabilia.

LACVS AVTEM. Lege iiij. Reg. xv.
& iiij. Parali. xvi. quid fecerit contra Baesa etc.

ISMAEL NON consequitur Regnum quod uolebat, quia Rex non debebat ultra sedere ex David super solium Dauid usq; ad Christum Dauidis filium Regem æternum. Frustra ergo se tam grandibus peccatis onerauit, & mala fecit esse peiora. Hoc est iudicium Dei, ut dictum est.

Dei iudicia.

CAPVT XLII.

VNC accesserunt omnes Principes exercitus Iohanan filius Kereah, Jesania filius Hosania, & totus populus & parui & magni, & dixerunt ad Ieremiam Prophetam, Valeat oratio nostra coram te, & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum, pro his uniuersis reliquijs, quia derelicti sumus pauci de pluribus, quemadmodum nunc ipse uidet nos oculis tuis, ut indicet nobis Dominus Deus tuus uiam per quam pergamus, & quid faciamus.

NNNnn Dixit



CAPVT XLII.

Dixit ergo ad eos Ieremias Propheta. Au-
dio uos, Orabo Dominum Deum uestrum secun-
dum uerba uestra, & quicquid responderit uobis
Dominus indicabo uobis, Nec celabo uos quic-
quam. Et illi dixerunt ad Ieremiam, Sit Dominus
inter nos testis fidelis & uerax, si non fecerimus
quodcunq; Dominus Deus tuus per te mandaue-
rit nobis, Siue bonum siue malum sit, obediemus
uoci Domini Dei nostri, ad quem te mittimus, ut
bene sit nobis cū audierimus uocem Domini Dei
nostri.

Cum autem completi essent decem dies fa-
ctum est uerbum Domini ad Ieremiam. Et uoca-
uit Iohanan filium Kareah, & omnes principes ex-
ercitus qui erant cum eo, & omnem populum, ma-
gnos & paruos, & dixit ad eos. Hæc dicit Domi-
nus Zebaoth Deus Israel, ad quem me misistis, ut
adducerem præces uestras in conspectum eius. Si
permanseritis in terra hac, ædificabo uos & non
destruam, plantabo uos & non eradicabo, Poenit-
tet enim iam me mali quod intuli uobis. Nolite ti-
mere a facie Regis Babylonis, quem timetis, dicit
Dominus, Nolite metuere eum. Quia Ego ero
uobiscum, ut iuuem uos & liberem de manu eius,
Exhibeo uobis misericordias, & miseror uo-
bis, et reducam uos in terram uestram,

Si autem

Si autem dixeritis, Non manebimus in terra hac, nec audiemus uocem Domini Dei nostri, dicentes, Nequaquam, sed ad terram Aegypti per gemus, ut non uideamus bellum, & clangorem tubae non audiamus, & famem non sustineamus, & ibi habitabimus, Audite uerbum Domini uos reliquiae ex Iuda, haec dicit Dominus ZebaOTH Deus IsraeL Si uerteritis faciem uestram, ut ingrediamini Aegyptum, & intraueritis ut ibi habitetis, gladius, quem uos formidatis, comprehendet uos ibi in terra Aegypti, et fames propter quam estis solliciti, adhaerebit uobis in Aegypto, & ibi moriemini, Omnesque homines qui uertunt faciem suam ut eant in Aegyptum ut maneant ibi, morientur gladio & fame & peste, Nullus ex eis remanebit, nec effugiet a facie mali quod Ego afferam super eos.

Quia haec dicit Dominus ZebaOTH Deus IsraeL Sicut conflatus est furor meus & indignatio mea super habitatores Ierusalem, sic conflabitur indignatio mea super uos cum ingressi fueritis Aegyptum, Et eritis maledictio, & stupor, & iurementum, & opprobrium, & nequaquam ultra uidelitis locum hunc.

Verbum hoc Domini ad uos attinet o reliquiae Iuda, Nolite intrare in Aegyptum. Ut certo
NNNon ī sciatis

CAPVT XLII:

Sciatis, quod Ego hodie obtestor uos, Quia in peticione
riculum deducetis animas uestras; Vos enim mis-
sistis me ad Dominum Deum uestrum, dicentes,
Ora pro nobis Dominum Deum nostrum, &
iuxta omnia quæcumque dixerit tibi Dominus Deus
noster, sic annuncia nobis, & faciemus, Et an-
nunciaui uobis hodie, sed uos non auditis uocem
Domini Dei uestri, nec omnia illa, quæ Ipse man-
dauit mihi ad uos, Nunc ergo scitote, quod gladio, fa-
me & peste moriemini, in loco quo cogitatis abire
ut ibi habitetis.

Confidere rebus presentibus. Vide hic populi increduli Hypocrisim, & capite sequenti manifestam impietatem, Non Deo, sed Aegypto confidunt in necessitate, contra Primum præceptum, Quam impietatem & Esaias, cap. xxx. damnat, &. xxxi. dicit, Aegyptus homo, & non Deus, & equi eorum caro & non spiritus, Et Dominus non uult eos reuerti in Aegyptum, Deute. xvij. Nunquam uero maior fuit impietas quam in his reliquijs relictis in terra Iuda, qui ne percussi quidem a DEO resipiscunt, sed addunt grauiorem contemptum prioribus peccatis.

NOLITE TIMERE. Euangelica uox est, qua salui essent si crederent.

GLADIVS QVEM FORMIDATIS. Quia & Aegyptus postea uastata est & subacta per Regem Babylonis, ut sequenti capit. & capit. xlvi. prædicitur,

Et eritis

IEREMIAE.

CCCCIII.

ET ERITIS MALEDICTIO. Id est,
nam insigni iudicio peribitis, ut alij postea maledicentes
& iurantes suis aduersarijs dicant, Deus te perdat ut Iu-
daeos in Aegypto etc.

CAPVT XLIII.



V M complefset Ieremias loqui
omnia uerba Domini Dei eorum
ad omnem populum, quemadmo-
dum Dominus Deus eorum, om-
nia uerba haec ei ad ipsos manda-
uerat, dixit Asaria filius Hosaya,
& Iohanan filius Kareah, & omnes uiiri superbi,
ad Ieremiam. Mendacium tu loqueris, Non misit
te Dominus Deus noster, dicens, Ne ingrediamis-
ni Aegyptum ut habitetis illic. Sed Baruch filius
Neria incitat te aduersum nos, ut tradat nos in ma-
nus Chaldeorum, ut interficiant nos, & abducant
in Babylonem.

Itaq; non audiuit Iohanan filius Kareah, &
omnes Principes exercitus, & uniuersus populus,
uocem Domini, ut manerent in terra Iuda, Sed Io-
hanan filius Kareah, et omnes principes exercitus,
acceperunt ad se omnes reliquias ex Iuda, quæ re-
dierant ex omnibus populis quo profugerant, ut
habitarent in terra Iuda, uidelicet uiros & mulie-

NNNnn iii res &

CAPVT XLIII:

res & paruulos & filias Regis, & omnes animas
quas Nebusar Adan Princeps exercitus apud Ge-
dalia filium Ahikam filij Saphan reliquerat, Pro-
phetam quoq[ue] Ieremiam, & Baruch filium Neria,
& abierunt in Aegyptum, Noluerunt enim audi-
re uocem Domini, Et uenerunt in Thachpanhes,

Et factum est uerbum Domini ad Ieremiam
in Thachpanhes, dicens, Sume tibi lapides gran-
des in manum tuam, & absconde eos in fornace
laterum, qui est ante portam iuxta domum Phara-
onis in Thachpanhes, aspicientibus uiris Iuda, Et
dic ad eos, Hec dicit Dominus Zebaoth Deus Is-
rael, Ecce Ego mittam & assumam seruum meum
NebucadNezar Regem Babylonis, & ponam
thronum eius super lapides istos quos abscondi,
& statuet tentorium suum super eos, Et ueniet &
percutiet Aegyptum, & occidet quos occiderit,
captiuos ducet quos captiuos duxerit, & gladio
percutiet quos gladio percusslerit, Et Ego succen-
dam igni Deos Deorum in Aegypto, ut ipse
comburat eos & abducat, Et induet sibi Aegy-
ptum, quemadmodum pastor aliquis induit sibi
uestem, & reuertetur inde cum pace, Comminuet
statuas in BethSemes in terra Aegypti, & delubra
Deorum Aegypti comburet igni.

Ieremias

IEREMIAE.

CCCCIII.

Ieremias & Baruch non sua sponte uenient in Aegyptum, hoc enim fuisset contra præceptum Dei, sed vi abducuntur.

Tachpanhes quam Taphnes siue Taphnis dicimus, Ciuitas est Aegypti, cuius & alij Prophetæ meminerunt.

VT NON VIDEAMVS BELLUM.

Verba sunt blasphemantium & contemnentium terram DEI, quasi dicturi sint, Quid iubet Dominus manere in terra hac? Quid uos Prophetæ tantopere commendatis nobis has terras, quasi hic habitat Deus? Nulla terra est magis maledicta atq; hæc, in qua perpetuo obruimur omnibus malis, In Aegypto & alijs terris, homines habent pacem, Quid promisit nobis Deus? quid dedit patribus nostris Deus, dum dedit has terras? etc ex capite præcedenti.

Blasphemia
et contemptus
donorum dei

SVME TIBI. Et uerbo & signo, quem Aegyptius sub admodum solet, prophetat Ieremias contra Aegyptum iugata a Babylonio. siue Aegyptios, quod perituri sunt, & cum iplis Iudæi in Aegyptijs confidentes, ut dicemus infra, cap. xlvi, secundum illud, Nolite confidere in Principibus, in filijs hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus eius etc.

ET INDVET SIBI. Videlicet Rex Babylonis, id est, facile subiugabit sibi Aegyptum, induet sibi ut gloriosum ornatum, Quemadmodum Salomon dicit. In multitudine populi est dignitas Regis. Hac figura orationis etiam dixit Esaias, capit. xlix, Vtio Ego, dicit Dominus, hisce omnibus sicut uestimento uestieris, & quasi sponsa circumligaberis eis, facilem autem vi-

NNNnn iiiij storiam

CAPVT XLIII:

Etiam futuram significat Propheta hac similitudine;
Quemadmodum Pastor aliquis induit sibi uestem, id
est, facilime sine magno negotio, Divitium uestis, cum
exeunt in publicum, singulari studio affertur ex reserua-
culo, componitur, resolutur, pectinatur, aliqua indu-
stria induitur, & diligenter cauetur, ne quid immundis-
ciae accidat uesti, uel aliquid deteratur, Pastoris uestis
non item obseruatur, sed cum uisum fuerit, raptatur ad
induendum ut perget Pastor quocumque uoluerit, Hoc
est quod hic dicit, Reuertetur inde cum pace, id est, ne
mo audebit ne mutire quidem contra uictorem Babyloni-
um.

BETHSEMES. Interpretatur domus fo-
lis, Atq[ue] ita fere interpretes hic legerunt Domus solis,
Ciuitas est in Aegypto ut hic uides. Sunt & aliae ciuita-
tes in terra Canaan siue in terra Iudaeorum quae uocan-
tur BethSemes, Iosue. xv. 1. Regum. vi. etc

CAPVT XLIII.

OC est uerbum quod factum est
Ieremiae ad omnes Iudeos qui ha-
bitabant in terra Aegypti habitan-
tes in Migdal, in Tachpanhes, in
Noph, et in terra Pathros, dicens.
Hec dicit Dominus Zebaoth De-
us Israel. Vos uidistis omne malum illud quod ad-
duxii super Jerusalem, & super omnes urbes Iuda,
& ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habita-
tor prop-

rof propter maliciam quam fecerunt, ut me ad ira
cundiam prouocarent, & irent, & sacrificarent, &
coherent Deos alienos, quos nesciebant illi & uos
& patres uestrī. Et misi ad uos omnes seruos meos
Prophetas de nocte consurgens, mittensq; &
dicens. Nolite facere abominationem hanc quam
odi. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam,
ut conuerterentur a malis suis, ne sacrificarent
dijs alienis. Et conflata est indignatio mea & furor
meus, & incendebatur in ciuitatibus Iuda & in pla-
teis Ierusalem, quæ nunc uersæ sunt in solitudinem
& uastitatem, ut hodie uidere licet.

Et nunc hæc dicit Dominus Zebaoth Deus
Israël. Quare uos facitis hoc grande malum
contra animas uestras? quo fiet ut intereat ex uo-
bis uir & mulier, parvulus & lactens ex Iuda, ne
relinquatur ex uobis quicquam residuum, Irrita-
tis me per opera manuum uestrarum, sacrificantes
dijs alienis in terra Aegypti in quam ingressi estis
ut habitetis in ea, ut eradicemini et fiat s̄ maledictio
& opprobrium omnibus Gentibus terræ. Nun-
quid obliti estis malorum quæ acciderunt patri-
bus uestris, quæ Regibus Iuda, quæ uxoribus eo-
rum, quæ uobis, quæ uxoribus uestris, in terra Iu-
da & in plateis Ierusalem? Non sunt usq; in præ-
sentem

CAPUT XLIII.
sentem diem humiliati, nec timent nec ambulant
in lege mea & in iuribus meis, quæ proposui uobis
& patribus uestris.

Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus
Israel. Ecce Ego ponam faciem meam contra uos
in malum, ut eradicetur totus Iuda. Et sumam re-
liquos ex Iuda, qui posuerunt faciem suam ut irent
in Aegyptum ad inhabitandum ibi, & consumen-
tur omnes in terra Aegypti, & cadent gladio, & fa-
me consumentur & minimi & maximi, Gladio &
fame morientur. Et erunt iuramentum, stupor, ma-
ledictum, & opprobrium, Visitabo quoque habi-
tatores terræ Aegypti gladio, fame et peste, quem
admodum feci in Ierusalem, ita ut nemo ex reliqui
is Iuda effugiat aut reliquus sit, qui tamen propte-
rea huic diuenterunt in Aegyptum, ut quandoque
redirent in terram Iuda, ad quam leuant animas
suas ut reuertantur & illic habitent, sed nullus co-
reuertetur nisi qui hinc profugerit.

Tunc responderunt Ieremiæ omnes uiri, qui
optime norūt suas uxores incendere thus dijs alie-
nis, omnesque mulieres magno illic numero, stantes
cum omni populo qui apud Aegyptios habitabat
& in Pathros, & dixerunt, Non audiemus te se-
cundum uerbum quod loqueris nobis in nomine
Dominij.

Domini, sed faciemus secundum omne uerbum,
quod egreditur ex ore nostro, et incendemus thus
Melecheth coeli, & eidem offeremus libamina,
quemadmodum nos & nostri patres Reges &
Principes nostri fecerunt in ciuitatibus Iuda & in
plateis Ierusalem. Tunc abundabamus panibus,
& bene nobis erat, & non uidebamus malū. Post-
quam autem cessauimus sacrificare Melecheth coe-
li, & offerrei libamina, sustinuimus omnem pe-
nuriam, perdit per gladium & famem. Quando
autem incendimus thus Melecheth coeli, & offe-
rimus ei libamina, certe non facimus sine uolunta-
te uirorum nostrorum, cum facimus ei placentas
& offerimus libamina, ad excitandum eam.

Tunc ait Ieremias ad totum populum & ui-
ros & mulieres & omnem populum qui ita ei re-
sponderat. Vere Dominus recordatus est incen-
si, quod uos in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusa-
lem incendiistis cum patribus uestris, Regibus &
Principibus & omni populo terræ. Et sic attendit
corde, ut amplius non sustineret maliciam studio-
rum uestrorum, & abominationes uestras quas
faciebatis. Vnde et terra uestra facta est desertum,
stupor, maledictio, ut nemo illuc inhabitet, sicut ho-
die uidere licet, Quia thura incendiistis, & contra
OOOoo ij Dominum

CAPVT XLIII.

Dominum peccatis. Vocem Domini non audistis, nec in lege, iudicij & testimonij eius ambulastis. Ideo & hoc malum accidit uobis, sicut hodie uidere licet,

Et Ieremias dixit ad omnem populum & ad omnes mulieres. Audite uerbum Domini omnes qui ex Iuda estis in terra Aegypti. Hæc dicit Dominus Zebaoth Deus Israel. Vos & uestræ uxores ore uestro locuti estis, & manibus uestris perfecistis quod dicitis, Vota nostra reddemus, quæ uouimus Melecheth coeli, ut ei thura incendamus et libamina offeramus. Nunc uero uota uestra reddidistis, & uota uestra soluistis.

Audite ergo uerbum Domini uos Iudei qui habitatis in Aegypto, ECCE EGO IVRO PER NOMEN MEVM MAGNUM, dicit Dominus, quod non nominabitur ultra nomen meum per os ullius hominis qui est ex Iuda in terra Aegypti, qui dicat, Viuit dominator Dominus. Ecce Ego uigilabo super eos in malum & non in bonum, ut quicunq; est ex Iuda in terra Aegypti pereat gladio & fame, donec penitus consumentur. Qui autem fugerint gladium, illi reuertentur ex terra Aegypti in terram Iuda paruo numero, Tunc omnes reliqui ex Iuda, qui diuerterantur

in Aegyptum

I E R E M I A E.

CCCCVII.

In Aegyptum, experientur, quorum uerbum ue-
rum sit, meum an uestrum.

Et hoc uobis erit signum, ait Dominus, q
in loco hoc Ego uos uisitatus sim, ut sciatis me-
um uerbum contra uos esse uerum uobis in ma-
lum, ita dicit Dominus. Tradam Pharao Haphra
Regem Aegypti in manus inimicorum eius & eo-
rum qui querunt animam eius, sicut tradidi Zede-
kiam Regem Iuda in manum NebucadNezar Re-
gis Babylonis inimici eius qui quarebat animam
eius.

Horrendum est uidere hoc loco miram pertinaci-
am impiorum, quae hic describitur, aduersus D E I uer-
bum, Ne plagiis quidem acceptis, postquam cognoue-
runt ueritatem ueracis Ieremiae, redire uolunt ad uer-
bum Dei, quemadmodum & Esaias conqueritur, cap. 11.
non esse ultra aliquid sanitatis in eis quod percutiat Do-
minus, & tamen non esse reuersos ad percutientem se,
quemadmodum ait capit. ix. etc, Petulanter uero et im-
pudenter tam uiri quam mulieres defendunt suam Ido-
latriam & cultum Melecheth coeli, quod uertunt, Re-
ginæ coeli, quasi quicquid accidit mali, non propter fal-
sam religionem acciderit, sed propter omissum cultum
impium. Mira impietas & blasphemia. Sic Romani,
quicquid calamitatis accidebat CHRISTO acceptum re-
ferebant propter neglectam patrum religionem, quæ era-
rat Dæmonum cultus, Contra quos scribit Augustinus
in libris de Ciuitate Dei, & Paulus Orosius in toto sua

OOOoo iii. historia.

CAPVT XL IIII.

historia. Sic & hodie impietas Papistica in Euangelium
reuelatum reiicit, si quid non prospere satis geritur etc.

*Blasphemis
spiritus,*

Horret animus cum audio hic, quod priorib⁹ pec-
catis & contemptui uerbi DEI, addunt blasphemiam in
Spiritum sanctum, Magis uero, cum audio tremendum
et horrendum iuramentum, iudicium et sententiam Dei
contra impugnantes ueritatem agnitam. Ecce, Ego Iuro
per Nomen Meum Magnum etc, quemadmodum &
CHRISTus dicit. Qui blasphemiam dixerit in Spiritum
sanctum, non remittetur ei in æternum, sed reus erit æ-
ni iudicij, Quia dicebant Sp̄iritum immundum habet,
Marci. iiij.

Non possum, in tam insigni loco Ieremiæ, dissimu-
lare, quin dicam de Blasphemia in Spiritum sanctum,
sed quia plura additurus sum, quæ rem explicit, pro-
pter nostri temporis maliciam, ne toties remorer Lecto-
rem meis tractatibus a lectione Ieremiæ, tractabo de
blasphemia Sp̄iritus, post finem Ieremiæ ante Threnos
eius, ut seorsum scripta legas cum libuerit.

Ideo Ieremias, nomine Magno Dei, ultimam con-
tra contemptores Iudeos qui sunt in Aegypto, prædictis
atq; adeo profert sententiam, quod ipsi omnes cum suis
uxoribus, gladio, fame & peste perituri sunt, cum Ae-
gyptijs per Regem Babylonis, præter paucos illos qui
ex Aegypto fugerint in terram Iuda, qui forte in errore
& ignorantia blasphemauerunt, ut dicam de blasphemia
Sp̄iritus. Vult Deus ignoscere omnibus peccatis et blas-
phemis, post tantam maliciam, si conuertuntur ad uer-
bum Dei. Quis hic relinquitur peccatoribus despera-
tioni locus? Quando autem pergit impius blasphemare
re ueritatem agnitam, nec sustinet Deum esse Deum,
quis

T E R E M I A E :

CCCCVIII.

quis iure poterit accusare DE Ibonitatem suos hostes
punientis? Idem iudicium uideamus nunc nostros Papas
itas studio contra se urgere, CHRISTUS nos seruet ab illa
blasphemia, & errantes ad se conuertat, AMEN.

Migdal quod faciunt Magdalum, ThachPanhes
quod faciunt Taphnis uel Taphnes, & Noph quod faciunt
Memphis, ciuitates sunt in Aegypto, ut & textus
hic manifeste dicit, Phatros autem quod Phatures faciunt,
cuius etiam meminit Esaias, capite. xi. regio est sub
Pharaonis quidem potestate & sub Aegyptijs, sed Ara-
biæ tribuitur illi quæ est uicina Aegypto.

E RADICET VR TOTVS IVD'A.
Intellige tantum de Iuda, qui in Aegypto est, ut sequen-
tia manifeste declarant.

E T S V M A M V E L A S S V M A M .
Videlicet, in malum, Rapiam eos ad poenam & perditio-
nem.

V I S I T A B O . Ut dictum superiori capite,
& infra leges capit. xlvi.

V T Q V A N D O q̄ redirent, quemad- *Leuare animam.*
modum ipsi sperant se in Aegypto seruandos, donec mam.
commode reuertantur in terram Iuda, ad quam, inquit,
leuant anias suas, id est, quam terram Iuda desiderant, su-
spirant etc, Quem Hebraismum nolui hic tollere, pro-
pterea quod hic locus aperte exponit illos locos scriptu-
ræ, ubi ex Hebræo leuare animam dicitur, ut Psalmus,
xxv. Ad te Domine leuauī animam meam, Psal. xxiiij.
Qui non leuat ad uanitatem animam suam. Psal. Cxliij.
Quia ad te leuauī animam meam etc, ut aliás etiam dixi:
OOOoo iiiij. Sed

CAPVT XLIII.

Obstinacia in doctrina. De verbum nostrum quod egreditur ex ore nostro, id est, quod moniorum. i. nos docemus. Nos non uolumus suscipere uerbum dei, sed retinere doctrinam & uerbum patrum nostrorum. *Theſſ. iiiij.*

Itaq; doctrinas humanas uerbo DEI blasphemie praferunt, immo per illas hoc condemnant, ut hodie nostri Papistæ, qui putant Deum non puniturum ipsorum blasphemias in tam manifesta Euangelij luce, cum tamen qui mentiri non potest longe ante per Mosen prædixerat. *Deutero. xvij.* Qui Prophetam illum non audierit, Ego ultior existam.

Regina cœli.

DE MELECHETH cœli, quam Regiam cœli faciunt interpretes, diximus supra, capit. viij. Si ex hoc loco Papistæ acceperunt illud canticum, *Regina cœli lætare etc.*, non magnum certe honorem impenderunt sanctissimæ uirginis matris DEI.

Nos omnes honorantes & beatam dicentes matrem DEI, cum honore & reverentia loqui de ea debemus Coram me di- quæ uera sunt, in quibus summa laus eius est, quod est cent omnes ge facta mater Dei, id quod supergreditur intellectum omnium & hominum & Angelorum, quemadmodum Elizabeth repleta Spiritu Sancto exclamat, *Vnde hoc uenit mihi, ut Mater Domini mei ueniat ad me?* O beata quæ credidisti, quoniam perficiuntur in te omnia quæ dicta sunt tibi a Domino. Hæc est maxima laus Sanctissimæ uirginis Matris Dei, de qua supra diximus, capit. xxxi. Fœmina circumdabit Virum. Non quære maiorem laudem Hypocrita, Non debemus sanctissimam DEI matrem onerare & deformare mendacijs, superstitionibus & idolatrijs, ut taceam de alijs Sanctis, quemadmodum Papistæ faciunt, Meminerimus nos esse Christianos non Gentiles.

IEREMIAE.

CCCCIX:

Gentiles Idololatras, Meminerimus etiam post primum
præceptum secundi præcepti, Non asumes nomen Do-
mini DEI tui inuanum, Non enim erit impunitus qui
hæc fecerit.

Hanna modo hoc sit nomen matris Mariæ uirgi-
nis non concepit Mariam ex Spiritu Sancto, sed ex ui-
ro suo. Et nos Christiani fatemur solum filium Dei Do-
minum nostrum Iesum Christum conceptum de Spiritu
sancto, natum ex Maria uirgine, id est, hunc postremum
Adam natura esse sanctum & absq; omni peccato, sicut
primus Adam fuit sanctus & absq; peccato a Deo crea-
tus, ad imaginem Dei, id est, ut Paulus declarat, in iusti-
cia & sanctitate ueritatis. Cum autem instaret tempus
incarnationis filij Dei, contigit beatæ Virginis illa maxima
gratia Dei, de qua Angelus dixit ei. Ne timeas Ma-
ria, inuenisti gratiam apud Dominum, Ecce concipies
in utero etc, & illa maxima gloria DEI, de qua Angelus
dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus Al-
tissimi obumbrabit tibi, Ideoq; illud Sanctum quod na-
scetur ex te uocabitur Filius DEI.

Ex eo igitur tempore, quando facta est mater DEI,
ad quod erat ab æterno prædestinata a Deo, beatam præ-
dicamus eam, quemadmodum ipsa canit, Ecce, Ex hoc
uel posthac beatam me dicent omnes generationes. Pa-
pistæ blasphemant matrem DEI, cum ex ea faciunt Ido-
lum, contra primum præceptum, dantes matri, quod filij
& solius Dei est, Nam faciunt ei uota & sacrificia, et om-
nem suam spem collocant in beatam uirginem. Tu, in-
quiunt, nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. A-
ue mundispes Maria etc, Eam uarijs & excogitatis cul-
tibus et mendacibus religionibus ceu Deum, honorant,
inuocant, et religiose colunt. Cum damnamus per Euani

PPPpp. gelium.

CAPVT XLIII.

gelium gloriae DEI & per primum præceptum hanc I^{de}dolatriam eorum, clamant mendaces & blasphemii, nos prohibere honorem beatæ uirginis, & iactant conuictia in nos synceri Euangelij & gloriae DEI prædicatores, quæ ob reuerentiam matris CHRISti scribere nolo. Sed ipsi interim sunt blasphemii in beatissimam uirginem matrem Christi suis Idolatricis cultibus, uanis spebus & invocationibus.

Nos autem cum pueris nostris et cum toto mundo, ubicumq; prædicatum est Euangelium omni creaturæ, beatam dicimus eam, cum aliâs, tum uel maxime in confessione fidei nostræ, quando omnes & singuli Christiani per totum mundum dicunt. Credo & in Iesum Christum filium Dei unicum, Dominum nostrum, qui CONCEPTVS EST DE SPIRITU SANCTO (in Fœmina quæ circumdedit Virum) NATVS EX MARIA VIRGINE. Ita beatam eam dicit omnes generationes et maximi & minimi. Hęc laus Virginis Deipare est super omnem intellectum & Angelorum & hominum.

Quod autem ad amissionem filij in tertium usq; diem attinet, quæ fuit præludium mortis Christi, sic dicimus, non ex nostra sententia, sed ex Euangeliō Lucæ, Mariam & Ioseph interim doluisse dolore maximo, nō solum de damno amissi Christi, sed etiam coram DEO in conscientia de peccato, quod non custodissent illum filium, quem Deus dederat & mandauerat eis custodiendum. Si quis autem Mariam interrogasset, Recte ne fecisti, quod nō melius custodisti tuum filium? Ipsa procul dubio, uel nihil pre dolore respondisset, uel ita dixisset. Hac interrogatione me occidis. Ego pessime feci etc Id quod mater his uerbis facetur, Fil⁹ quid fecisti nobis

sic⁹

IEREMIAE:

CCCCX.

Sic Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Sed filius eos statim ab isto peccato absoluuit, dicens. Quid est quod me quærebatis? Nihil peccasti quod non diligenter obseruasti & custodisti me, nisi forte per errorem in conscientia uestra erronea, Nihil opus erat ita me querere, ita dolere propter me quasi amissum, Nesciebatis quod oportet me esse in iis quæ Patris mei sunt? Huc pertinent omnia quæ nos cum reverentia solemus dicere, prædicare, scribere, de illa filii amissione, Non erant huc adjiciendæ illæ blasphemæ uoces cuiusdam Doctorculi, quas ore meo hic repetere nolo, propter reverentiam saluatoris & matris eius.

QUANDO AVTEM NOS. Vides uerba esse mulierum, quasi dicant, Quid accusas, o Ieremia, mulieres? Voluntate & mandato maritorum nostrorum sacrificamus Reginæ cœli etc.

ECCE EGO IVRO etc, Id est, istos blasphemos perdam & occidam, Non uolo ultra ab eis nominari, nec ipsi nominabuntur populus dei, Non erunt populus meus, De Phrasí, Vivit Dominus, lege supra, capit, iiiij. Iurat autem Deus per nomen suum Magnum, id est, per seipsum, quia non habet maiorem se. Gen. xxij Hebræ. vi.

HAPHRA. Omnes Reges Ægypti tunc Pharaones dicebantur, ut apud nos Cæsares & Augusti Romani Imperatores, huius autem Pharaonis Haphra est nomen proprium, quo discernitur ab alijs Pharaonibus, ut & infra dicitur Pharao Necho etc.

PPP pp ij CAPVT.

CAPVT XLV.



OC est uerbum quod locutus
est Ieremias propheta ad Baruch,
filium Neria, cum scripsisset ho-
sce sermones in librum ex ore Je-
remiae, anno quarto Ioiakim filii
Iosiae Regis Iuda, dicens. Sic dis-
cit Dominus Zebaoth Deus Israel de te Baruch.
Dicis, Veh mihi, quia addidit mihi Dominus mi-
seriam super miseriam, deficio præ gemitu meo,
& requiem non inuenio. Dic ei. Hæc dicit Domi-
nus.

Ecce quos ædificaui destruo, & quos plan-
tau iuello, cum tota hac mea terra, & tu quæreris ti-
bi grandia? Noli quærere, Quia ecce Ego addu-
cam malum super omnem carnem, dicit Dominus.
Sed animam tuam dabo tibi ceu spolium, quocun-
que perrexeris.

Baruchi.

Supra capite xxxix, Habes duo, hic autem tertium
Exemplum in Baruch, quemadmodum Deus sollicitus
sit pro suis. Aduerte uero quod Deus ait. Tu quæreris ti-
Egregia Ex: bi grandia, noli quærere. Quibus uerbis respicit Deus
empla curæ in querelam, qua Baruch dixerat, Deficio præ gemitu
Dei pronobis (uel labore gemitu, ut & Psalmo vi.) & requiem non
inuenio. Nam ex his uidere licet quas cogitationes &
tentationes habuerit Baruch, Siquidem sperauerat, ut
homo,

homo, suis filijs augere substantiam & rem familiarem, proferre pomeria & possessiones, conciliare sibi aliorū amicitias, ut honore senex frueretur, omnium rerum abundantia & quiete. Nunc autem uidet omnia in diuersum cessura, Inde est illa lamentatio & querela, Veh mihi etc. Hæc sunt illa grandia quæ sperauerat.

Consolatur itaq; Deus Baruch, non solum pericula rerum formidantem, sed etiam timore mortis uexatum dicens, Vides Deis entitatem aduersus tuum populum, ita ut necesse sit insontem cum fonte pati, hoc enim uoluerunt contemptores, & tu scilicet queris tibi grandia? Tamen quia non negasti me, sed propter me concitasti tibi odia omnium, propterea quod in me habuisti fiduciam, non occideris, non peribis fame, aut mala seruitute, sed seruabo uitam tuam & benefaciam tibi quocumq; perrexeris. Domini enim est terra & plenitudo eius, Non solum sum Deus in Iudaea, sed etiam alibi & ubiq;, non solum euro pro te per agros & pecuniam & amicos tuos, sed etiam & multo amplius, ubi hæc omnia auferuntur. Agnosco meos uel in media morte & inferis. Dominus deducit ad inferos & reducit pauperem facit & ditat, humiliat & sublimat, qui se uocat Patrem orphorum & iudicem uiduarum. Sic eripit Loth ex pereuntibus Sodomis etc. Vide supra de Aethiope.

Talia exempla post alias Dei promissiones propontenda sunt miseris & calamitosis, Item nostris Monachis & Sacrificulis Papisticis, qui iam conuertuntur ad Euangeliū Christi, & electi solliciti sunt de uictu, Proponenda sunt & illis ciuibus, qui nunc alibi ejciuntur propter Euangeliū, & amissis possessionibus cogun-

PPPpp iii tur dul

CAPVT XLV.

tur dulcem relinqnere Patriam & amatam cum suis amicis ciuitatem, ut confidant, quod Deus Pater omnis consolationis non sit deserturus confessores filij sui, pro quibus redimendis tradidit unigenitum filium suum, sed potius sit curaturus, in quocumq[ue] loco, pro ipsis & filijs ipsorum, secundum Christi promissionem. Qui res liquerit omnia propter Me & Euangelium, centuplum recipiet in hac uita, & uitam æternam possidebit etc.

ANNO QVARTO. lege supra, capite,

xxxvi.

CEV SPOLIVM. Dixi alias, vel. xxxvij capite, Id est. Vitam tuam seruabis tibi, ut lucrum siue spolium, quod gaudens aliquis ex bello reportat, superata morte & periculo etc.

CAPVT XLVI.



OC est uerbum Domini quod factum est ad Ieremiam Prophetam contra omnes Gentes.

CONTRA AEGYPTVM.

Contra exercitum Pharaonis Necho Regis Aegypti, qui erat iuxta aquam Euphratis in Carrachemis, quem percussit NebucadNezar Rex Babylonis, in quarto anno Ioiakim filij Iosiae Regis Iuda.

Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum,

ad bellum, Jungite equos, Ascendant equites, state
galeati, acuite lanceas, induite uos loricis, Quid igi-
tur? Video eos pauidos, terga uertentes, fortes
corum cęsos, Fugunt ita ut ne respiciant quidem,
terror est ibi undiq; dicit Dominus. Non potest
effugere uelox, nec fortis euadere, Ad Aquilos-
nem iuxta aquam Euphratis ceciderunt uiicti, Vbi
nunc est iste, qui ascendebat quasi flumen, & intu-
mescebant gurgites eius ueluti fluuiorum? Aegy-
ptus ascendebat instar fluminis, & ueluti fluuiorū
exaltabantur fluctus eius, & dicebat, Ascendam &
operiam terram, perdam ciuitatem & habitatores
eius.

Agite Ascendite equos, dilatate uiam curri-
bus, procedant fortes, Aethiopes & qui sunt ex
Put tenentes scuta, & sagittarij ex Lidia. Quia hic
est dies Dei Domini Zebaoth, dies ultiōnis, ut su-
mat uindictam de inimicis suis, ibi deuorabit gla-
dius & saturabitur & mebriabitur sanguine eorū,
Erunt enim Mactatio Dei Domini Zebaoth in
terra Aquilonis ad aquam Euphratis. Ascende in
Gilead uirgo filia Aegypti, ut feras unctionem,
Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit
tibi. Audierunt Gentes ignominiam tuam, ulula-
tus tuus repleuit terram, quia fortes mutuo alius in
alium impegerunt, ut simul conciderent.

PPPpp iiiij Hoc

CAPVT

XLVI:

Hoc est uerbum Domini quod locutus est ad Ieremiam Prophetam, quando egressus est Ne buca dNezar Rex Babylonis , ad percutiendum terram Aegypti. Annunciate in Aegypto , & auditū facite in Migdal, hoc sonet in Noph & Tach panhes, & dicite. Præpara te ut resistas, quia gladi us deuorabit ea quæ per circumitum tuum sunt. Qui fit, ut fortes tui cadant & stare non possint? Dominus subuertit eos, Ipse efficit ut tam multi cadant, ut omnes simul iaceant, Tunc dixerunt, A gite Reuertamur ad populum nostrum in patri am nostram a facie gladij Tyranni, Clamatum est illuc. Pharao Rex Aegypti succubuit, dereliquit tentorium suum.

Viuo Ego, dicit Rex cuius nomen est Do minus Zebaoth, Veniet, ut Thabor altus inter montes, & ut Charmelus iuxta mare, Para res tuas ut trāsmigres, tu habitatrix filia Aegypti. Quia Noph desolata comburetur, ut nemo illuc inhabi tet.

Pulchra et formosa uitula est Aegyptus, sed mactator ab Aquilone ueniet, Mercenarij quoq; eius qui uersantur in ea, sunt etiam ut uituli saginati, tamen uertentur in fugam simul, & non consi stent, quia dies perditionis eorum uenit super eos & tempus uisitationis eorum, Illi qui ueniunt con cre pantibus

IEREMIAE.

CCCCXIII.

crepantibus armis cum exercitu multo & securis
bus, quasi lignorum cæsores, contra eam, succident
syluam eius, dicit Dominus, Numerari non pos-
sunt, sunt enim plures locustis, quas nemo nume-
rare potest. Confusa est filia Aegypti, tradita est
enim in manus populo Aquilonis.

Dominus Zebaoth Deus Israel dicit, Ecce
Ego uisitabo Rectorem in No, & Pharaonem, &
Aegyptum, & Deos eius & Reges eius, Pharao-
nem, inquam, cum omnibus qui confidunt in eum,
ut tradam eos in manus illorum qui querunt ani-
mas ipsorum, & in manus NebucadNezar Re-
gis Babylonis & seruorum eius, Postea rursum
habitaberis sicut olim, dicit Dominus.

Tu uero serue meus Jacob ne timeas, & tu Is-
rael ne paureas. Quia ecce Ego liberabo te ex lon-
ginquo, & Semen tuum ex terra captiuitatis tuae,
ut Jacob reuertatur, agat in pace, abundet, & nemo
eum exterreat, Ideo ne timeas serue meus Jacob, ait
Dominus, Quia Ego tecum sum, Ego cunctas Gen-
tes, quo te ieici, consumam, te uero non consumam,
sed castigabo te cum iudicio, ne quasi innocentii
parcam tibi.

Posthaec Teremias prophetat non amplius contra
suos Iudeos, sed contra Gentes, ut titulus habet, uidelicet Contra Gen-
cet contra totam Syriam, Aegyptum, Persas, Moedos, et ter.

QQQqqq his uis

CAPUT XLVI.

His uicinas regiones, quod uastandæ sunt & subigendæ per Regem Babylonis, et postremo contra ipsum Babylonis Regnum, quod peritum sit per Mœdos & Persas, id quod Daniel factum scribit. Quam uero hæc dicantur in consolationem piorum Iudæorum, et præterea quæ ad Historiam harum uastationum pertinent, diximus supra, capit. xxv. Restat tantum nunc, ut ipsa Prophetæ uerba interpretetur.

Aduerte uero, quod istæ Prophetiæ contra Gentes, ubi complebantur, maxime confirmabant fidem afflictorum in captiuitate Iudæorum. Siquidem sciebant hæc a Domino per Ieremiam prædicta, sicut & alia. Hinc admonebantur non dubitare de soluenda post, lxx, annos captiuitate, & de alijs DEI beneficijs similiter prædictis & promissis.

Deus etiam uides, Deum non solum esse Deum Iudeorum, sed etiam Gentium, qui ubique constituit Magistratus & Regna, Roman. xiiij. & Danielis. iiij. & v. Altissimus potestatem habet in Regno hominum, et quemcumque uoluerit suscitabit super illud. Et Danielis. ij. Deus transfert Regna atque constituit. Igitur ciuiles ordinaciones pro commoditate, pro pace, pro honestate populi, ex lege naturæ depromptas, vult seruari, quia seruari & bene habere vult quos condidit. Ideo enim ordinavit potestates in mundo, etiam inter Gentes, & obedientibus honestatemque seruantibus benefacit, quemadmodum & Iudeis in lege promisit. Contra Ipse per gloriam & alias calamitates punit contemptores Politicorum legum & ordinationum & omnis honestatis. Si uero tota aliqua regio impune coeperit contemnere honestatem & Politicam iusticiam, aut tota ciuitas, ut ad tempus dissimulet Deus, tamen tandem cogitur uel Ipse ex-

equis

IEREMIAE:

CCCCXIII.

et qui iusticiam legis, quam mandauit, maxime urgentibus Deum & meritis impiorum & precibus piorum, ut in Psalmo canitur, Exurge DEVS, iudica terram, quia tu es haeres in omnibus Gentibus. Tunc enim transfert imperia a Tyrannis, mittit gladium, famem, pestem, ut in his Prophetis uides contra impias gentes. Hæc interim dixi de Politica iusticia, Nam infidelitatem Deus æterna damnatione punit.

Contra uero, ut ait Petrus Acto. x. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iusticiam acceptus est illi. Hoc uero nemo facit, nisi qui credit in I E S V M filium Dei. Iccirco Cornelio, qui per Gratiam Dei, eò peruererat, ut inuocaret, dicens. Domine doce me facere uoluntatem tuam, quia Deus meus es tu, dictum est. Accersi Petrum, hic dicet tibi quid te oporteat facere, quemadmodum Christus ait, Ioan. vi. Hoc est opus D E I, ut credatis in eum quem ille misit.

Primum igitur prophetat contra Aegyptios, per *Contra Aegyptios*,
quos Iudæi sperauerant se fore tutos, contempto DEO, gyptios,
ut saepe ante dictum est, Ideo Deus Aegyptios uocat
suos inimicos, quia auertebant Iudæos a primo præcep-
to etc.

Contra Aegyptum. Titulus est totius capitinis, Sed duæ hinc sunt Prophetiae contra Aegypti populum, quas separatim eloquitur singulis titulis, Prior prioris Prophetiae titulus est. Contra exercitum Pharaonis Necho etc, Hac Propheta prædicit, quod uno atq; altero uerbo sij. Reg. xxvij. ita factum legitur, Tulerat Rex Babyloni, a rivo Aegypti usq; ad fluvium Euphratrem, omnia quæ fuerant Regis Aegypti, De hoc ita scribit Iosephus x. Libro Antiquitatum, capit. viij. Cum Iosakim quar-

QQQqq ij cum

CAPVT XLVI.

sum Regni iam haberet annum Babyloniae, Principatum, quidam Nabuchodonosor accepit, & eodem tempore cum magno apparatu ad Carchamim ciuitatem uenit, quae est iuxta Euphratrem, pugnaturus contra Regem Aegypti Nechoon. Sub hoc enim Syria erat uniuersa, Dumque cognouisset Regis Babyloniae uoluntatem Nechoon, non expauit, sed cum magno brachio super Nabuchodonosor ad Euphratrem uenit, Qui facta congreßione deuictus est, et multa milia cum uarijs belli rebus amisit. Transiens autem Euphraten Babyloniae Rex, omnem Syriam usq; ad Pelusium cœpit præter Iudæam. Quarto igitur anno Nabuchodonosor Regis, qui erat octauus Ioiakim Regis Hebræorum, contra Iudæos cum magno exercitu castramatus est Babylonius, tributa exacturus a Ioiakim, aut certe dimicatus. Ille uero metuens eius minas, & pacem habere desiderans, prebuit ei tributa, quæ præceperat, tribus annis. Et capite: viij. Tertio uero anno audiens Ioiakim Aegyptios, denuo contra Babylonium pugnatos, tributa non reddidit, sed spe Aegyptij bellum deceptus est. Nam pugnare Aegyptij contra eum minime præsumperunt. Prophetæ autem Ieremias quotidie prædicebat, quod frustra Aegyptiorum spe tenerentur, & quod imminenter ciuitati ut a Rege Babylonio uastaretur, & Rex Ioiakim subderetur ab eo; Sed nulla utilitate hæc dicebat, quando qui crederet nullus erat etc. Hæc ex Iosepho non grauatim ascripsi, quod prosunt ad huius loci intelligentiam.

Praeparate scutum etc, His uerbis irridet DEVS Aegyptios, iam suo ipsorum conatu perituros, quasi dicat, Facite omnia contra Regem Babylonis, tamen nihil eritis etc.

Video.

I E R E M I A E .

CCCCXV.

Video. Scilicet reuelatione Domini ostendentis
mihi Prophetæ futura, quasi iam præsentia.

V B I N V N C E S T I S T E . Videlicet qui
multitudine exercitus uidebatur obruturus Babylonis
um tanquam diluuium aliquid.

P V T . Est Lybia a filio Cham, Gene. x, sic
nominata, Aethiopes, Libij & Lydij, sub Aegyptijs es-
tānt & in exercitu eorum.

D E V O R A B I T . Sic & Moses in Cantico.
Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus
deuorabit carnes, de cruento occisorum etc.

M A C T A T I O D O M I N I . Id est, Exer-
citus Pharaonis occiditur, non casu aliquo aut fortitudi-
ne Babylonici exercitus, sed Domino ita faciente. Ex
Hebraeo uictimam transferunt, sicut & Esaiæ. xxxiiij.
Victima Domini in Bozra, & interfactio magna in ter-
ra Edom etc.

A S C E N D E I N G I L E A D . Ironia et ir-
risio est Dei, quasi dicat, Omnes Apothecæ myropola-
rum tuis vulneratis & tuis occisis non proderunt, sed, &
nullum remedium est, quo fugias futuram calamitatem
uastationis tuae, De uunctione siue medicamine ex Gilead
ad dixi in fine capit. viii.

H O C E S T V E R B U M D O M I N I . etc
Hic est titulus posterioris Prophetie contra Aegyptios,
quæ nunc sequitur, & titulus exponit Prophetiam.

R E V E R T A M V R . Id est, fuga nos sal-
uemus.

Q Q Q q q i i i . Tyranni.

CAPVT XLVI.
TYRANNI. Columbæ, vulgo interpres
tantur, ut diximus supra, capit. xxv, in fine.

Hæc uastatio Aegypti facta est, quinto anno capti
uitatis Iudæorum per Regem Babylonis. Tunc & Ius
dæi qui erant in Aegypto, inde capti ui abducti sunt, le
ge Iosephum lib. x. Antiquita, capit. xi.

VT THABOR. Altus addidi propt̄ sen
tentiam. Sicut Thabor inter montes est, uidelicet, ualde
altus, Et sicut Carmelus ad mare est, uidelicet mons uale
de altus, Ita ueniet sita altitudine et magno animo fortis
exercitu Rex Babylonis aduersus Aegyptios.

PARA RES TVAS. Accipe sarcinulas
tuas, ut derelicta patria abeas in exilium, Para te ad exi
lium cui non es assueta, tu diues & delicata uirgo Aes
gyptus etc.

AB AQVILONE, id est, Babylone, sus
pra capite. i.

MERCENARIJ. Id est, duces exercitus et
Principes & nobiles & milites, qui annue accipiunt ma
gna stipendia, & gloriabantur se esse protectores Aegy
pti, Sunt quoq; mercenarij diuites mercatores in Aegy
pto etc.

ILLI QVI VENIVNT. Id est, Babylo
nij. Contra eam, id est, Agyptum, succident syluam eius,
Translatio siue Methaphora, id est, occident copiosum
& innumerabilem exercitum Aegyptiorum, ut & Esa
x, etc.

NO, in Hebræo dicitur, & est regia ciuitas
in Aes

IEREMIAE.

CCCCXVI.

in Aegypto. Interpretes faciunt Alexandriam, quæ
postea sic uocata est ab Alexandre Magno.

POSTEA RVRSVM HABITABE-

ris tu Aegypte, id est, rursum Aegyptus erit Regnum,
Ita enim in Prophetis habitatio intelligitur usata, quæ
do Regnum ablatum est & Politia que fuit, licet adhuc
ibi habitent homines reliqui post usationem, lege hæc
supra capit. xxv. Post quadraginta annos soluta est Aegypti
captiuitas, & rursum postea Aegyptus coepit crescere
in Regnum ut dicitur Ezech. xxix. Nam postea
potentes Reges leguntur Aegypti, ut uides in Daniele
& in primo libro Machabæorum, Esaiæ. xix. prædicitur
etiam quod Aegypti conuertentur ad CHRISTum, In-
signes Christi confessores post prædicatum Euangeli-
um habuit Aegyptus;

Liberatio
Aegypti.

TV VERO. Consolatio Iudæorum in Consolatio et
Assyrios & Babylonios abductorum, quod eos vult priuorum ih-
eantum castigare, ut Pater filium, ne se innocentes sua deorum-
Idolatria & uerbi DEI contemptu putent, ut dictum est
supra capit. xxv. De consolatione uero temporali & æ-
terna, capit. xxxi.

IDEO NE TIMEAS. Promissio Euau-
gelica ut & supra, capit. xlij.

CVM IVDICIO. supra capit. x,

QQQqqq iiiij CAPVT

CAPVT XLVII.



OC est uerbum Domini, quod factum est ad Ieremiam Prophetam contra Philistæos antequam percuteret Pharao Gazam. Hęc dicit Dominus. Ecce, aquae ascendunt ab Aquilone, quae ita inundabunt ut perdant terram & quicquid in ea est, ciuitates & habitatores earum, ut clamenter homines, & ululent omnes habitatores terrae, a tumultu uenientium fortium equorum, a strepitu currunt, & a sonitu rotarum, patres non respicient ad filios præ pauore, propter diem uenientem ad perendum omnes Philistæos, & ad extirpandum Tyrum & Zidonem, cum omnibus reliquis auxiliarijs eorum.

Dominus enim uastabit Philistæos, reliquias insulae Caphthor. Gaza decaluabitur, & Ascalon, cum reliquis qui sunt in uallibus ipsarū, perdetur. Quousq; lanias te? O mucro Domini quando cessabis? Redi in uaginam tuam, quiesce & sile. Sed quomodo quiesces postquam Dominus mandauit tibi contra Ascalonem, & constituit te contra littus maris?

Philistijm uas
stati.

Primum Gaza Philistæorum ciuitas ab Aegypto superata est, Deinde uicto per Babylonum Aegyptio,
ipsa

IERE MIAE.

CCCCXVII.

ipsa cum alijs Philistæorum ciuitatibus uenit in manus NebucadNezár Regis Babylonis, De philistea lege sua pra, capite. xxv. Philistæi, id est, illi Palestini qui ab Hebreis uocantur Philistijm, Iudeos maxime persecuti sunt, lege in Libro Iudicum, & in primo libro Regum. Præterea lætati sunt de ruina Ierusalem. Ezechiel. xxv. etc.

ECCE A Q V AE. Exercitum ualidum Aegyptiorum describit his uerbis, ut & superiori capitulo.

TYRVS ET ZIDON vrbes Phœniciae confoederatae erant Palestinis, id quod hic manifeste significatur cum dicitur, Cum omnibus reliquis auxiliarijs eorum, uidelicet, Philistæorum.

CAPHTHOR, uocant Hebrei, quæ Cap *Capthor*. padotia dicitur, regio Pontica in Asia prope Armeniam, unde egredi olim Caphthorim, id est, Cappadoces, uenerunt ad terram Philistæorum, & expulerunt Hebreum, & habitauerunt ibi usq; Gazam, ut dicitur Deuter. iiij. Ideo hic dicit Philistæos reliquias insulæ Capthor, Philistijm & Caphorim ex eadem gente sunt, ut habes Gene. x.

QVOVSq; LANIAS TE, scilicet o ua-
state popule: quemadmodum solebant lugentes mor-
tuum, id quod Moses prohibet, Deutero. xiiij. Possent D E I,
hec uerba uideri condolentis et commiserantis Prophetae,
sed in ueritate Mimesis est, deuastare Philistæ. Ex-
primit enim Propheta affectum hominum, qui iudicio
D E I premuntur, quibus dicit. Quousq; te laceras, dis-
cens, o glacie & poena Dei cessa etc. Incipiunt enim sen-
tire, quod Deus iuste ipsos punit. Sed tamen impij ne-
R R R rr poenis

CAPVT XLVII.

pœnis quidem emendantur, sed tantum presentem DEI
iram euadere uellent, et postea, ut antea, nihil curare pœ-
nitatem. De qua impiorum pœnitentia diximus supra, cas-
pit. xxxiiij. quæ est pœnitentia Esau. Hebræ. xij. si bene
conferas cum Historia, qui damno accepto, summe dos-
luit. Quiam uero non doluerit, quod in Deum peccau-
rat uendendo primogenitasua & ius illud DEI, testatus
sequens illum fletum historia. Sed hic respondetur con-
tra impiorum infidelem pœnitentiam. Quomodo quis
esces o mucro et plaga DEI, cum iusserit tibi Deus con-
tra Alcalonem ciuitatem Philistæorum, & contra littus
maris, id est, contra Philistæos ad mare habitantes. Ali-
oqui, uero corde & syncera fide reuersis ad Deum pec-
catoribus, nunquam negatur uenia, ut uidisti per to-
tum hunc Ieremias Librum.

CAPVT XLVIII.



ONTRA MOAB. Hæc di-
cit Dominus Zebaoth Deus Is-
rael. Væ ciuitati Nebo, quoniam
uastata est & confusa, Kirialem
capta est, Munitio foede lacerata
est, Confidentialia Moab, quam ha-
buerunt in Hesbon, finem habet, Nam malum co-
gitatur contra eam, uidelicet, Venite, disperdamus
eam ne sit gens amplius, Et tu Madmen etiam ua-
staberis, & insequetur te gladius, Clamor auditur
in Horonaim, uastitas & contritio magna, Con-
trita est.